Systema GRAMMATICVM

Operâ & studio Tho. Farnabii.

Κοινὰ καινῶς.

LONDINI,
Excudebat *Tho.* & *Ri. Cotes*, impensis
Andreæ Crooke. 1641.

Viro Humanitate & Humanitatis ſtudiis Clariſſimo Ioanni *Gerardo Voſſio.*

QVantum ſe auſpiciis tuis promoverint penitiſſimæ eruditionis ſtudia, norunt omnes, fatentur quotquot politioris literaturæ ſacris operantur, aut etiam prætendunt. Me certe per te profeciſſe & olim Lugduni coram, merito lubens gratus profitebar; & exinde ad literarum commercia atque amicitiæ jura excolenda benigniſſime a te invitatus, pluries per literas agnovi. Quarum diutina intermiſſio excuſationem juſtiorem, veniam impetrabiliorem apud humanitatem tuam, qua c'arus es, ſperat; ſi ſcias me jam vel ætatis privilegio cauſariam, vel emeritis ſtipendiis honeſtam mihi rudem dediſſe, ex urbe in rus meum ſeceſſiſſe, ubi dulci conſeneſcens ocio, pone me laterem facile, ne me forte (non honor, ut ait ille in comœdia, ſed ne) labor inveniret. Sed & hoc negatum, ocioſo eſſe non licuit. Namque me Daneſius quidam, annis abhinc duodecim, per literas mihi a Reverendiſſimo Viro Doctore Barkhamio commendatus, conſuluit ſuper Compendio Grammatices a ſe concinnato, quoniam autem mihi vir doctus ac modeſtus viſus eſt, conſului fi-

 deliter,

849877

XUM

deliter, & pro libertate mihi concessa, inter alia monui, ut Pronominum illa hic, haec, hoc, crepitacula, pro articulis (qui apud Latinos nulli) nobis a Graecastris obtrusa, exauctoraret: Genera ipsa tum ex sexus distinctione, tum per Declinationum singularum terminationes designaret, quam rem quo facilius expediret, rationem illi generum, ad eandem formam, a me ante annos duodeviginti typis cusam impertivi. Syntaxin addidi a me ante annos viginti quatuor editam; hortatus ut Latina ad marginem adjiceret. Et quia in vett. Grammaticis probe mihi versatus videbatur, suasi ut recentiores etiam, Scaligerum de LL. Saturnium, Coelium, Alvarum, tum primum apud me, uti fatebatur, a se visos (necdum luce nos beârat luculentissima Res tua) in consilium adhiberet; neque interea deductis contentus rivulis acquiesceret, sed & ad ipsos autorum fontes penetraret. Intra menses sex redit; immutata omnia, novam rerum faciem video. Neque tamen per Grammaticam, quae Liliana perhibetur, scholis imperatam, compendij sui editionem impetrat: Edit tandem; editum involat Missus quidam, apud summates Viros mutilum illud & mancum clamitans, compendium quoddam suum promovere laborat, siquidem suum appellandum sit, quod ex illa Danesiana epitome & Liliana Grammatica totum, & de stamine & subtemine, erat consarcinatum; prout, si cui ea inter se conferre vacet, prima apparebit facie. Dividiis hisce componendis mihi Evocato, id datum negotî, ut tertium compendium conficerem. Imperio,

perio, cujus autoritatem defugere nefas, parui. Pensum levi, fateor, brachio properavi potius quam maturavi. Res ad censores, atque his Misum, nescio quo consilio, additum; delata. Arguitur methodus a recepta in scholis grammatica nimis avia. Hinc incudi reddita & renovata, per mores denique & tempora, utraque seditiose iniqua, ad metas hæsit. Et per me hæsisset, æterno obruta silentio, nisi advertissem Misum illum λὰξ ὀδάξ, ἀπεὶξ, πανουδὶν, *contendentem, quo gratiam præfloraret, partamque alieno labore gloriam in se transferret, sibi arrogare quæ diligenter & diserte composuisset Danesius: hinc mihi prodeundi animus: non quidem clarigatum aut res abactas repetitum; neque enim tanti illas esse duxi; sed ut hac editione (cujus tamen molem inter manus auxit mora) tum propriæ litarem injuriæ, tum amicorum ita exigentium desiderio simul & de me spei facerem satis. Recula hæc mea, cuicuimodi sit, ad te, Vir Præstantissime, cui, si mortalium alteri, notissima hæc sunt, ut pote domi nata, cognitorem, censorem, judicem provocat. Tu, qui ex alta Historiæ regia, ex sublimi Oratoriæ foro, ad humilia ista Grammaticorum subsellia descendere non es dedignatus, dignare quæso & hæc oculo exploratore percurrere, &* Quæ putaveris corrigenda, annotare, *neque enim ad ea quæ apud Plinium sequuntur adspirandum*: Ita magis credam cætera tibi placere, si quædam displicuisse cognovero. *Verendum ne toti potius a spongia quam calamo certior atque expeditior sit speranda salus. Quæ a materia, methodo,*

mente tua ſunt, fovebis puto; ſicubi a te diſceſſum, non eſt illud ſeditionis, non erit hæreſeos, ſi a te monitus illud reſcivero, quanquam & publicolæ obſequii ratio me aliquando movet, ut mens cum eruditis ſentiat, lingua cum vulgo loquatur. Verum, ne te ante libri ipſius tædium longior delaſſet epiſtola; tantum ſit: niſi quod te, Vir Clariſſime, diu vivere & valere jubet vovetque

Tuus Farnabius.

To

To the Reader.

An Accompt of the Worke.

1 THe uſurped Articles (none being in the Latin tongue) wherewith the tender apprehenſions and memories of children were perplexed and clogg'd with *hic, hæc, hoc,* while they ſhould attend the terminations of the Caſes, are caſſierd.

2. The Genders of Nounes Subſtantives are determined by their ſignification, and ſeverall declenſions.

3. To the three laſt declenſions are fitted examples of Nounes being of the Gender proper to thoſe declenſions.

4. The *Anomala* and *heteroclite* Nounes, are likewiſe reduced to their ſeverall declenſions.

5. *Volo, nolo, malo, edo,* * *fero,* are regulated to the third Conjugation; and the *anomala* tenſes of them ſet in the margin.

6. *Eo* and *queo* with their compounds refer'd to the fourth Conjugation with their irregular Tenſes. to which *Fio* may be added *.

7. *Poſſum,* comprized under *Sum,* as a compound thereof. The firſt perſons ſet in the margin.

8. The Preſent, and Peterperfect tenſes with

1, 2, 3. Theſe three advertiſements imparted to Maſter *Danes* 12 yeare agoe, I reſume. Though *another* arrogates them by antedate to himſelfe Read the Epiſtle Dedicatory.

4 Theſe alſo tranſcribed out of my copy coming into his hands, when it was referd to cenſure, *that ſame other* hath beene bold with to aſcribe to himſelfe.

* Fero, tuli, latum, Gram. pag. 39.

* See the Grammar. pag. 42.

with the Supines of Verbes in their Conjugations appeare *una Synopſi*; with their Compounds and Irregulars, by them. A ſhorter and readier way than to ſcatter and diſtract them, as in the received Grammar; and more certaine, as I have found by experience, in ſome Schollars received from Holland and France, who having beene ſo taught, repeated and underſtood that part more perfectly and ſurely, then thoſe who learne Lily. Beſide much time with us loſt in conſtruing and expounding thoſe harſh forc't Verſes.

9. The Etymologicall figures brought to their proper place, and ſome more added.

10. In the Syntaxe, the *Figurative* immediately follow the *juſt* Concords.

11. In the Rules of Conſtruction, whereas our Grammar goes over the Caſes governed 8. times. *viz.* In every diſtinct part of Speech; I goe over them but once, when as Nounes, Verbes, Participles, Adverbes and Interjections of the ſame ſignification require the ſame conſtruction; Comparatives and Superlatives, for the moſt part, have the caſe of their Poſitives; Derivatives, that of their Primitives; Impersonalls, of their Perſonalls; Gerunds and Supines, ſignifying Actively, the caſes which their Verbes have. Unleſſe by ſome particular reaſon and rule they be from them excepted. By which meanes the number of rules is by halfe leſſened. As when theſe

five

five rules, 1. *Opus & Uſus.* 2. *Adjectiva quæ ad copiam egeſtatemve pertinent.* 3. *Verba abundandi* &c. 4. *Ex quibus quædam etiam.* 5. *Adverbia quantitatis, ut parum, ſatis abunde,* are reduced to this one rule: *Quæ copiam ſignificant aut inopiam ablativo gaudent vel genitivo.* and the margin determines, which words have an Ablative, which a Genitive, which both. The like contradiction may be ſeene in the rules of the inſtrument, cauſe, and manner, in thoſe of profit, diſprofit, and many others.

12. Yet the Conſtruction of Time and Place, as alſo of Præpoſitions, is reſerved each by themſelves, that being in ſignification homogene, they might not be in places diſtracted to ſeverall caſes.

13. The Syntax rules are few and ſhort, not 150. lines to be learned *memoriter.* Reading and Obſervation ſufficing for the examples and notes.

14. To the Rules in the Syntaxe are added in the margin the words governing. If they admit two caſes they are referred to the caſe principally and more uſually governed; and the examples, out of the beſt claſſicke Authors of the pureſt time, are quoted.

15. Archaiſmes, Græciſmes, Ellipſeis, Synecdoche and other figures of Conſtruction made good by ſupplement or authority, are ſet by or after the Rule.

16. And here, as in the Etymologie alſo, the rules which are to be learnt and

committed to memory, are in a bigger letter: the reſt in a leſſe.

17. The Rudiments prefixed, that young beginners may finde together, what by them is to be learnt, are not halfe ſo much as the now taught *Accidents*. The harder requiſites are afterwards to be ſupplyed out of Grammar.

18. In the Verſifying rules, what is performed more then formerly, I leave, as all the reſt, to view and judgement of the learned: of whom, if any ſhall be pleaſed to admoniſh me of errours here or ſcapes, he ſhall neither find me ſo opiniative nor old, as not to learne; nor ſo ungratefull, as not to confeſſe by whom I have profited. And if it pleaſe God to ſpare life, in the next going over, to amend thoſe, and what σφάλματα have here ſlipt by mine or the Preſſes care, the fate of Bookes being as that of men;

Vitiis nemo ſine naſcitur: optimus ille eſt
Qui minimis urgetur——

Errata.

PAg. 2.lin.26,annot.pro ſtips,lege ſt ps.p.6.l.6, lege *equarum*,ib.l.penul. poteſt.Et,lege poteſt,&, p.10. in Græcæ inflexionis typo literæ luxatæ ſic reſtituendæ,l. 1.m ante *eum*.in annot.poſt attica hæc dialectus,del.m poſt *Orpheon* inſeren, ibid.in anno t.l.17.*Athonem Athona*. p.11.l.6.creſcentia ib.in Reg.Maſcula ſunt,&c.a præfigenda hiſce *funis,crines* & *amnis* b præfigenda dictioni *ſentis*. p,12.l.14.lege maſcula. p. 15.In annot.Quintæ declinat.del. *Fide pignus dextras*. p.16.l.7.lege nonæ. p, 21. *vix* loco motum reſtituatur inter *impos* & leguntur. p.25.l.26.lege Vocativo. p.35, l.6. poſt *avi* adde *ſupiñum in atum*. p.37.l.23. lege *ſed pœnites pœnituit*. p. 58.poſt l.15. adde *Fugitans litium*, Ter.Phor.*Sciens pugna*. Hor.l.1.Od.15. p.61.l.11.dele *ſemper*. l.19. dele *foſſus belli*, *laſſus viarum*. p.66.in annot. tranſportanda.*cedo,morem gero*.ib.luxata.p.67.lege authores.p.68.in annot. lege.*reg*.39. p.70.l.2.πώγωνι.l.8.αὐτῷ. p.72.ad calcem, lege regul. 47.p. 74.l.28.lege.Virg.ib.33.lege pro. p,78 reg.55.poſt *peſſime* adde. *ita*.l.25. in annot.lege eripio, p.79.l.31.in annot.lege invideo, p.80.l.31. in annot.lege licet. p.81.l.5.in annot.lege pecunia. p.82.l.14.lege tibi. ibi. 41 ſignificantia. p.85.l.9.in annot.dele *reg*.91.l.25.lege humine. p.87.l. 8.annot.lege nemo. p.90.l,15.annot,dele forte, p.94.l.6.lege mĭttĕrĕ. l. 8 pĭĕtās.19.nŏvă.27.tĭmōrĭs. p.95.l.7.paūcă. 15.annot.rēgĭbŭs.p.96.l.11 annot.vivu': l.11.lege aureo.p.97.2.m.Hepthimimeris 15.l.Lucretio.p.78 l.antep.cognĭtum.p.100.l.antep.clandeſtīnus p.101.l.19.frequentius.

Cætera quæ vel operarum,me abſente,*incuria aut humana parum cavit natura*,ſibi excuſabit,emendabitque candidi lectoris mens & manus.

In the Rudiments.

Adde in the end of the third page, When the Nominative endeth in *us*, the Vocative endeth in *e* Except *Deus*,Voc.*Deus*.

Proper names of men and gods ending in *ius* caſt away the laſt ſyllable of the Nominative, as, *Virgilius*, voc. *Virgili*. *Mercurius*, vot.*Mercuri*.

SYSTEMA GRAMMATICVM.

GRammatica est ars rectè loquendi.

Grammaticæ duæ sunt partes, a Etymologia & Syntaxis.

Etymologia vocum singularum proprietates considerat.

Vocis b partes sunt literæ.

De Litteris.

EX literis quinque sunt Vocales, *a, e, i, o, u.*

Ex Vocalibus geminis coalescunt Diphthongi usitatiores *æ, œ, au, eu*, Minus usitatæ *æ, ai, ei, oi, ui*. Et Græca *yi*.

a Sub qua comprehendi possunt Orthographia & Prosodia, vocum affectiones, quibus per literarum rationem & Syllabarum affectus, ad voces & orationem proceditur, ideoque nonnullis *partes* etiam *Grammaticæ* numerantur.

b Merologia rectiùs; ut quæ versetur circa partes orationis, quæ quibusdam Grammaticis μέρη & μέρεα τὴς λόγε vocantur, namque alia res est Etymologia.

b Propriè, namque ex una vocali dictiones quædam integræ constant, præpositiones, sc. *a, e,* Verbum *s* & Interjectio *o*.

Reliquæ literæ appellantur Consonantes, e quibus octo sunt mutæ *b, c, d, f, g, p,* 2 *q, t.* quatuor sunt liquidæ *l, m, n,* 3 *r.* quibus addi potest. *h* aspirationis potius nota est, quam litera. 4 *x* compendium duarum literarum. ut & * ζ.

Consonantibus accensentur 5 *j* & *v* sibi vel aliis vocalibus in eadem Syllaba præpositæ.

K, *y*, & ζ Græcæ literæ vocibus purè Latinis nunquam admiscentur.

2 q. ut pleniùs sonet, sibi semper adsciscit *u*. per

3 Ut quæ priscis in versu liquescere solita. Sed *m* & *n* non nisi in Græcis.

4 *Cs*, ut in *dux, ducis*, vel *gs*, ut in *rex regis*. ex *sd*. ut in *Jove*.

5 *j* consonans liquidum *g* sonat. *v* sonat *f* siccum, ut in *angue*.

Literæ quoad formam sunt minusculæ, *a,b,c,d, &c.* Vel majusculæ 6 *A,B,C,D.*

A majusculis literis inchoant Propria nomina, & Adjectiva ab iis deducta. Item periodi,& in Carminibus versus singuli.

Majusculæ cum solæ aut 7 paucæ scribuntur, integra Vocabula aut numeros designant; ut 8 *A. Aulus. C. Caius.* D *Decius.* L. *Lucius.* M. *Marcus,* P. *Publius.* Q. *Quintus.* T. *Titus.* Cn. *Cneius.* Sp. *Spurius.* Sex, *Sextus.* Ser. *Sergius* vel *Servius.* Sic F. *Filius.* N. *Nepos.* P.C. *Patres Conscripti.* R. P. *Respublica* Cos. *Consul.* Coss. *Consules,* S.P.Q.R. *Senatus populusque Romanus.* U.C. *Urbs Condita.* H.S. *Sestertius.*

In numeris *I* Significat unum, V. quinque. 9 X. decem 1 *L.* quinquaginta 2 C. centum. IↃ. vel D. quingentos, CIↃ. vel M. mille.

Minor numerus præpositus demit tantundem majori sequenti: Sic IV. valent quatuor. IX, novem. XL. quadragiuta, XC. nonaginta.

6 Atque hæ priscis Rom. tantum in usu.

7 Subjectâ sæpe minusculâ.

8 Prænomen plerunque.

HS. vel *LLS.* i.e. duo asses vel duæ libræ & Semissis.

9 V Geminatum & inversum.

1 *D*imidium literæ C.

2 Dimidium literæ CIↃ, qui antiquus literæ M character,

De Syllaba.

Syllaba est comprehensio consonantis 3 unius aut plurium cum Vocali, uno spiritu prolata; ut *per, frons.*

Ut Syllabæ ritè distinguantur, observandum.

1. Consonans in vocibus polysyllabis, inter duas vocales posita, jungatur posteriori; ut *do-mi-nus.*

2. Si consonans geminetur, prior ad præcedentem vocalem, posterior ad sequentem pertinet: ut *an-nus.*

3. Consonæ, 4 quæ initio vocis conjungi possunt, in medio non sunt distinguendæ; ut in *noster,* quia ab *st* incipiunt *sto, stipes, stirps.*

In compositis verò, consonantes suæ quæque parti adhærent: ut *ob-est, ob-ruo. dis-cors, trans-eo, in-ers, præter-eo, ex-istimo.*

Secundum has leges, si qua vox in 5 fine lineæ sit dividenda, apponatur hæc divisionis nota -, quæ Hyphen dicitur.

Duo quandoque puncta alteri vocalium duarum in apice imponuntur differentiæ gratiâ, ut in *aëre.*

3 Propriè, abusivè Vocalis unius, aut diphthongi, ut, *diei, Æeta.*

4 Istiusmodi sunt *stips, pt, sp, sc, sq. bd.* mutæ sequente liquidâ. Aliàs in medio non conjunguntur, ut *Sul-cus,* tur-pis.

5 Quæ interdum & in eadem lineâ usurpatur, ad distinguenda composita; ut *ex-tempore.* Estque hæc Diæreseos nota.

De Accentu.

SUperest altera vocis affectio de tono, seu Accentu; quæ vulgo Prosodia.

Tonus seu Accentus est modus lex seu nota, juxta quam Syllaba in voce accinitur. Estque triplex. 1 Acutus, cujus nota est hæc', monétque Syllabam attollendam. 2. Gravis,

Gravis, ſic notandus ', docétque Syllabam eſſe deprimendam. 3. Circumflexus ex utroque conflatus, ſic notatus ^, adeóque Syllabam attollendo & deprimendo, cum morâ pronunciat, Quamvis hodiè neque Circumflexus ab acuto prolatione diſcernitur: neque uſquam fere notatur accentus, niſi differentiæ aut perſpicuitatis gratiâ, ut internoſcatur *alius* Genitivus, ab *álius* Nominativo; *occído* ab *óccido*; & in contractis; ut *nôſti*, *amârunt*. Orthotoniæ tamen leges, in quantum uſus poſtulat, ita ſe habent,

In diſſyllabis, ſi prior longa ſit naturâ, poſterior brevis, prior circumflectitur; ut *mâter*. Aliàs acuitur, ut *bonus*, *triſtis*, *Soleres*.

In polyſyllabis habetur accentûs ratio ex quantitate penultimæ, quæ ſi longa fuerit naturâ, ultimâ exiſtente brevi circumflectitur: ut *Amîcus*, *arâtor*. Sin ultima fuerit longa, acuitur penultima, Amícl arátrum Si vero penultima brevis ſit, acuitur antepenultima: ut *ánimus*, *precióſior*. Excipiuntur compoſita a *facio* & *fio*, quæ retinent tonum ſimplicium *ſatisfácit*, *ſatsíſit*.

Vbi vocalis brevis penultima præcedit mutam & liquidam in vocibus hyperdiſſyllabis, adeo ut metri lege vocalis communis ſit, in Oratione tamen proſa pronunciatur gravis, acuitur ſc. antepenultima, ut *Phâretra Voluctus*, *mediocru*.

Retrahitur accentus acutus in ultimam ſyllabam dictionis, cui ſubjiciuntur encliticæ: ut *Lumináque laurúſque Dei*; aut ipſe aſſumit gravem ut *Vocemq*, *coloremq*,; niſi conſtans ſit compoſitio: nt *Dénique*, *ítaque*, *undique hicéine*.

Voces Græcæ, manentes integræ, ſuum tonum ferè retinent: ut Metamórphoſis, emphaſeos: factæ vero prorſus Latinæ Latinum quoque aſſumunt tonum. Vt Philoſóphia idólum.

De Partibus Orationis.

Vocum ſpecies ſunt octo, quæ & *partes orationis* vocantur.

Nomen	Declinab.	Adverbium.	Indeclinab.
Pronomen.		Conjunctio.	
Verbum.		Præpoſitio.	
Particípium.		Interjectio.	

His omnibus accidunt ſpecies & Figura.

Species eſt vel { Primitiva, aliunde non deducta; ut *homo, vivo, cras.* / Derivativa, aliunde orta; ut, *humanus, victito, craſtinus.*

a Additur a quibuſdam & decompoſita: ut *irrevocabilis.*

Figura { Simplex: ut *juſtus, ego, puto, doctus, piè, quidem.* / a Compoſita: ut *injuſtus, egomet, diſputo, indoctus, impie, equidem.*

Partibus declinabilibus accidunt Numerus & Perſona.

b Sunt tamen nomina quædam quæ ſingularia cum ſint, multitudinem ſignificant, ut *populus, turba, grex,* vocanturque Collectiva. Sunt contra, quæ Pluralia rem unam ſignificant: ut *Gabi, nuptiæ.*

Numerus eſt vel { Singularis, qui b unum ſignificat, ut *Saxum ego projeci rotans.* / Pluralis, qui plura; ut, *Saxa nos projecimus rotantes.*

c Nomina, Pronomina & Participia ſunt primæ perſonæ, ſi *Ego* aut *nos* exprimantur vel intelligantur. Secundæ ſi *tu* aut *vos*: alias tertiæ; Vocativo in omnibus excepto.

* Perſona eſt triplex { Prima, quæ loquitur, ut *Ego Raphael recenſui rogatus.* / Secunda, ad quam loquimur, *tu Raphael recenſuiſti rogatus* / Tertia, de qua loquimur: *Raphael recenſuit rogatus.*

Nomen.

Nomen eſt vox rem denotans ſine adſignificatione temporis. Eſtque vel Subſtantivum, vel Adjectivum.

Subſtantivum eſt quod per ſe in oratione ſubſiſtit Et rem in abſtracto ſignificat, ut *homo, domus.*

Eſtque vel Proprium, rem aut * perſonam d unam

* Romanis Propria erant *Nomen*: univerſæ familiæ commune: *Prænomen*, ad diſtinctionem individuorum ejuſdem familiæ. *Cognomen* ex invento, gloriâ partâ, aut eventu ut, *Marcus Tullius Cicero.* d quaſi individuam.

ſingula-

ſingulatim denotans, ut *Carolus*, *Anglia*, vel Commune, quod rem omnibus individuis ejuſdem ſpeciei communem ſignificat, ut, *homo*, *terra*.

Adjectivum eſt, quod ope & adminiculo Subſtantivi in oratione ſubſiſtit; ut, *bonus*, *felix*.

e *Caſus Nominum ſunt Sex.*
Nominativus, *Genitivus*, *Dativus*, *Accuſativus*, *Vocativus*, *Ablativus*.

e Caſus hic eſt flexio quædam Nominativo qui *Rectus* dicitur in cæteris caſibus qui vocantur *Obliqui*.

1. Vocativus ſingularis ut plurimum, ſimilis eſt Nominativo; Pluralis ſemper.
2. Dativus & Ablativus plurales perpetuò ſimiles.
3. Nomina neutrius generis habent Nominativum, Accuſativum & Vocativum ſimiles, qui in plurali exeunt in *a*.

De f *Genere & Declinatione Subſtantivorum.*

f Genus eſt Sexûs diſcrimen: a natura: ut mas, fœmina, ab inſtituto ut crinis, coma.

Subſtantivum eſt vel generis Maſculini, ut *Vir*; vel Fœminini; ut *Mulier*; vel Neutrius; ut *Saxum*. vel Commune duûm, Maſc. ſc & Fœm. ut *Parens*; vel Dubium: ut *Cortex*: vel g Epicœnum, quod ſub uno genere utrumque ſexum complectitur: ut *Lepus*.

g Subſtantivo, Communis generis ſi ſemel addideris Adjectivum Maſculinũ non licet deſultoriè tranſire in Fœmininum; In Dubiis licet. Advitandam ambiguitatem dicimus, ubi opus eſt, *paſſer fœmina*: *aquila mas*.

De Genere Subſtantivorum ex ſignificatione.

Maſculina.

PRopria quæ h maribus, marium & quæ Nomina ſexũ Officium referunt, aut gentem, Maſcula dicas.

Ut, *Mars*, *Pan*, *Raphael*, *Cicero*, *Vir*, *prædo*, *lanista*, *conſul*, *taurus*, *Arabs* i Fluvii his addantur; ut, *Iſter*. Menſes, ut *Maius*. Venti; ut *Libs*, *Eurus* & *Auſter*. Vncià & exceptâ, partes & compoſita aſſis.

Vt *ſextans*, *quincunx*, *bes* cum *ſemiſſe*, *trienſque*.

h Nomina Deorum, Angelorum, Virorum, populorum, equorum item & canum maſculorum.

i Fluviorum tamen genus declinationem potius & terminationem ſequitur. hinc *Allia*, *Albula*, *Matrona*, *Sequana*, *Druentia*, *Viſtula*, *Moſella*, *Garumna*, leguntur Fœminina. *Iader* neutrum. *Nar* Maſc. & Neutrum. Sicubi in Maſculino aut Neutro uſurpentur, id κατὰ ὑπόνοιαν factum, intellecto *fluvio* vel *flumine*. *Styx* & *Lethe* a Græcis retinent fœmininum genus. Par ratio montium. Itaque in *Summo Oſſa*. Ovid. in Ibin; & *Oeta*. Sen. Herc. Fur. intelligitur *mons*. alias Fœminina ſunt; ut *Ætna*, *Rhodope Calpe*. Menſium nomina, omnino Adjectiva ſunt, & ſubaditur menſis, quod aliquando additur. *Menſe Decembri*, Ovid. 1. Triſt. 11. Ele. Martial. 5. l. 18. Epigr.

Fœminina.

NOmina ξ fœmineum ſexum referentia, ſunto Fœminei generis: *Iuno, Dido, nurus, uxor, Euphroſyne, Clio, Lacheſis, Dryas, agna, leæna.* l Urbes addantur, regiones, inſulæ: ut, *Alba, Carthago; Phocis, Nabathæa; Britannia, Cyprus.*

ξ Nomina Dearum, mulierum, Gratiarum, Muſarum, Parcarum, nympharum, Sirenum item, Furiarum, Harpyiarum, &c. monſtrorum poeticorum, item equorum & canum fœminarum. l In nominibus urbium videntur autores rationem habuiſſe terminationis: a qua ſi deflectatur, fieri id per Syntheſin, ut intelligatur *urbs, regio, inſula*: ſic finita in *a* & *e* longâ ſunt fœminina, quæ in *o*, & *us*, præſertim quæ a Græcis in ος ex οις deſcendunt: ut *Sulmo, Narbo. Hippo, Croton, Pontus regio, Abydus* Virgil: *Peſſinus, Daphnus, Opus, Rhamnus. Argos* verò neutrum eſt, quia primæ contractorum In *as* item, ut *Taras, Aeragas*: in *e* breve, in *ma, l. ſir*, & *ur* neutra ut *Præneſte, Cære, Nepete, Zeugma, Hiſpal. Suthul, Gedir, Tibur*, ſed *Anxur*, maſc. & neutrum. Pluralia in *i* ſunt maſculina: ut *Gabii, Philippi.* in *a* neutra: ut *Bactra, Artaxata.*

Epicœna.

SUnt Epicœna feræ, volucres, piſces ſ quibus vox Una, genúſque unum, ſexum deſignat utrumque. His ſenſus tamen & vox ipſa genus dabit aptum.

m In nonnullis ſexus toris vocibus diſtinguitur; ut *taurus, vacca*: in aliis movetur fœmininum a maſculino; ut, *juvencus, juvenca*, in quibus vero ſexus minùs diſcernitur, ſub una terminatione, & uno genere uterque ſexus ſignificatur: ut *lepus, paſſer murana*, ubi diſtinctione opus eſt, mas vel fœmina adduntur. In iis verò quæ fœmellis ſolis competunt, non alio quàm fœminino genere utendum. *Opera, cura, cuſtodia, ſervitia* de hominibus dicuntur per Metonymiam effecti, reſervato genere ſuo. Quin & *mancipium, ſervum, jumentum* in epicœnis habenda. Et genus dignoſcitur ex regulis ſeqq.

Ex terminatione, exceptis quæ ex ſignificatione.

n Et *on* Græcum; VM neutrum pones, o hominum ſi propria tollas ut, *Ilion*, urbs, *Pelion*, mons

o Regula veteres Grammaticos olens, apud quos *homo* pro *viro* & *fœmina* ſumebatur qui tamen virum ſolùm denotat. Excipiuntur itaq; virorum & mulierum propria: ut Pægnium Dynacium, puerorum, Glycerium, Phroneſium, mulierum. quamvis in his Syntheſis eſſe poteſt. Et ipſa ſequi reg. generales.

p Litera,

p Litera, sive q aliud positum pro Nomine verbum
Est Neutrale genus, sic invariabile Nomen.

p *Alphabeta, &c.* Nigrum *theta.*

q Voces materialiter & τεχνικῶς pro se sc. positæ, ut, *Velle suum, aliud erat. Aer* est dissyllabam. *Barbara, Celarent,* modi Dialectici: aliique artis termini, *Nadir, Zenith, Azimuth. Nihil, gummi, cornu* singulare, *Tempe* plurale.

Arboris est Nomen muliebre: ut, *populus, alnus*
Cupressus, cedrus, laurus: sed mas *Oleaster.*
Et sunt neutra *siler, suber, sic robur, acérque.*

Spinus & *thus* pro arbore, cujus sint generis certo autore non probant, qui hæc pro masculo & neutro nobis obtrudunt.

Sunt commune dùum, quæ cum discrimine sexus
Masculum & admittunt Adjectivum & muliebre.

r *Infans* atque *parens, s adolescens, s miles & s hostis,*
Vates, affinis, testis, patruelis & hæres,
Vindex & judex, conjux, t antistes & augur,
Sic *autor, s nemo, custos, s dux, atque sacerdos,*
s Municipem adde, *comes, civis, sus, búsque canisque.*

r Quod & in Neutro usurpat Ovidius 4. Meta. *Rigidoque infantia saxo Discutit ora.* & in Ibin: *Guttaraque imminerat infantia lacte canino.* s Rariùs tamen usurpantur in fœminino. *Et nova miles eram.* Canace, 11. Epist. Ovid. & matris illud 9. Thebaid. Statii. *Simque augur cassa futuri,* per Synthesin dici videntur. t Usitatius tamen & tutius in fœminino usurpatur *antistita.*

Declinationes sunt quinque.

PRimæ declinationis Latinæ terminatio est *a.*

Singulariter.	
Nom.	*a.*
Gen.	*æ.*
Dat.	*æ.*
Acc.	*am.*
Voc.	*a.*
Abl.	*a.*
Pluraliter.	
Nom.	*æ.*
Gen.	*arum.*
Dat.	*is.*
Accus.	*as.*
Voc.	*æ.*
Abl.	*is.*

2 Genitivi Diphthongum æ dissolvebant veteres in aï unde coaluerat, ut *aulai, pictai* atque *Geryonäi*, utcunque masculini Græci.

Leguntur etiam *pater familias, Dux ipse vias, Filii terræ, Nec auras, nec sonitus memor.* è formula Græcorum, quibus finita in *da, tha, ra* & a purum genitivum in *as* formant, etiam & alia; *Filius Latonas*; *amore Alcumenas.*

3. Genitivus pluralis quandoque syncopatur, in compositis præcipuè à *colo* & *gigno*: ut, *cælicolûm, Grajugenûm.* In Patronymicis & gentilibus masculis: ut, *Æneadum, Achæmenidum. Achæmenidum* verò non syncopatum est ab Achæmenis fœminino.

4. *Filia, nata, dea liberta, equa, mula,* ad sexus distinctionem, dativum & ablativum plurales mittunt in *abus*, quandoque etiam in *is* efferuntur.

Nomina Latina Primæ declinationis sunt generis Fœminini.

EXcipe, Græcorum [a] quot declinatio prima Fundit in *as* & in *es*, & ab illis quæ per *a* sunt; Ut [b] *sorites* atque [c] *cometa*, *planeta*, [d] *tiaras*, [e] *Hadria* pro pelago supero. [f]

[a] Non omnia tamen namq; *margarita*, *charta*, *catapulta*, *gausapa*, *cochlea*, *catapulta*, *Balista*, *cataſta*, *crypta* fœminina ſunt, licet a Græcis maſculis deſcendant. [b] *Abſinthites*, *uromatites*, *abrotonites*, &c. maſculina ſunt cum reſpectu ad ὄινος ut, *Vinum aromatites* Plinio qui tamen ex his quædam in fœminino effert. In *pyrites*, *ſelenites* maſculis, reſpicitur ὁ λίθος, uti in *pyritis*, *ſelenitis* ἡ λίθος *gemma*. [c] Magis tamen in uſu eſt *cometes*. [d] Vox Perſica, a qua tamen *tiara* eſt fœm. [e] Sinu Veneto, namque pro urbe eſt fœm. [f] *Verna*, *auriga* &c. primæ generalis regulæ caſtra ſequuntur. Puerpera ſecundæ. Compoſita a verbis, cætera, ut tranſfuga, parricida, advena cœlicola & ſimilia; ſignificatione quidem Communia admittunt Subſtantivum adjunctum, non ſtructurâ Adjectivum. *Ruricola aratri*. Ovid. *Indigena vino*, Plin. Neque ſatis ſe tuetur *convivа* ut ſit Commune, fulta autoritate ſolius Pomponii, autoris caſci: *Talpa* & *dama* aliis fœminina, uſurpantur, Virgilio in maſc. vel ſubaudito *mare* vel ad evitandum ὁμοιοτέλευτον.

Græcorum ſchema, maſculinorum in *as* & *es*. Fœminorum in *a* & *e*.

		Nom.	Gen.	Dat.	Acc.	Voc.	Abl.
Maſculina tamen ad Latinam formam habent	Maſc.	*as.*	*æ.*	*æ,*	*am.*	*an.*	*a.*
a in Nominativo	Fœm.	*a.*	*æ.*	*æ.*	*an.*	*a.*	*a.*
Marſya, Atrida &c. *Pythias* & *Dorias* Terentio nomina ſunt mulierum.	Maſc.	*es.*	*æ.*	*æ.*	*en.*	*e.a.*	*e a.*
	Fœm.	*e.*	*es.*	*e.*	*en.*	*e.*	*e.*

Accuſativus ex formâ Latinâ habet *am*, *Æneam Electram*, *Lycambam*. ex Græcâ *an*. *Ænean*, *Maian*, *Æginan*.

Græea in *as* vocativum formant in *a*. unde *Oreſta*, *Thyeſta*. Quædam Græca, & primæ declinationis ſunt & tertiæ. Hinc *Daren* & *Dareta* in Accuſativo. *Chreme* & *Chremes* in Vocativo. *Paſcha*, *paſcha* & tertiæ declin. *paſchatis* utrobique neutrum eſt; ſic *manna cœleſte*.

Hebræa quædam declinantur ut Latina. *Abraham*, *Abrahæ* quæ tamen frequentius ſecundæ foſmam induunt, *Abrahamus*, *Abrahami*.

Secunda

Secunda declinatio Latina habet terminationes *us, er & um.* unum in *ir. vir* cum compositis.

Singulariter.

Nom. 2 *us, r.*
Gen. *i.*
Dat. *o.*
Acc. *um.*
Voc. 2 *e. r.*
Abl. *o.*

Pluraliter.

Nom. *i.*
Gen. 3 *orum.*
Dat. *is.*
Acc. *os.*
Voc. *i.*
Abl. *is.*

2. Nominativus in *us* producit Vocativum in *e.* Nom. *dominus*, Vocativo *domine. Deus* tamen manet in Vocativo, ut Θεὸς. *Filius* habet *fili* rejectâ *us* finali : & *genius* apud Tibullum, *genii.* Propria itidem hominum in *ius*; ut, *Virgilius, Virgili*; *Delius, Deli*; *Pompeius, Pompei*; *Caius, Cai*, & per Diæresin *Cai.* Sed Epitheta mittant Vocativum in *e*, ut *Cynthie, Delie, Philie,* & Græca nonnulla, *Evie, Sperchie.*

Agnus, lucus, fluvius, chorus, populus pro natione Vocativum in *us*, mittere videntur; sed raro & apud poëtas, qui & in aliis more Attico Vocativum Nominativo similem proferunt. *Da meus ocellus.* Plaut. *Adsis latitiæ Bacchus pater.* & vide Syntaxin Nominativi, & Vocativi.

3 Genitivus Pluralis Syncopatur quandoque; *Deûm, virûm, Danaûm.* etiam Singularis, Nominum in *ius* & *ium* exeuntium; *Antoni, ingurî, peculi. Dii* item & *Diis*, pro *Divi, divis.*

Secundæ declinationis nomina in *us* sunt Masculini generis.

Exceptiones.

Fœminei generis sunt *vannus, humus,*[a] *domus, alvus,* Et [b] *colus*, atque *os* in *us* vertentia Græca; *papyrus, Antidotus, costus,*[c] *diphthongus, byssus, abyssus, Crystallus, synodus, sapphirus,*[d] *eremus,* & *atrium, Exodus* ac *methodus, dialectus,*[e] *chrysolithúsque, Carbasus, byssopus, nardúsque atomúsque, pharúsque, Lecythus ac byblus*, pro fructu ac arbore[f] *ficus.*

[a] Vide quartâ declinat. & Anom.
[b] Catullo tamen & Propertio, masculina.
[c] Respicitur *syllaba.*
[d] Respic. *terra.*
[e] Respic. λίθος *gemma.*
[f] Tum in secunda tum quarta declinatione, sed pro morbo, masculinum est.

Neutra.

SUnt *virus, pelagus* Neutralia: mas modò *vulgus*, Atque modò neutrum est,[g]

[g] *Crocus dilutâ* Apul. tutiùs stamen in neutro. Pampinus apud Claudianum legitur fœm. aliis est masculin.

Dubia.

SUnt Dubii generis *balanus, rubus atque thaselus Barbitus & grossus.*

Græca

Græca in *eus* sunt masculina, in *b os* masculina vel fœminina, in *on* neutra.

	Nom.	Gen.	Dat.	Acc.	Voc.	Abl.
Masc.& Fœmin.	*eus*	k *ei*	*eo*	*eum*	*eu*	*eo*
		eos	*ei*	*ea*		
Neutr.	*ei*	*i*	*o*	*on*	*e*	*o*
	on				*on*	
	l *eos*	*eo*	*eo*	m *eon*	*eos*	*eo*

b Logos est masculinum. Sed *Chaos*, neutrum. Ovid. 14. Met. Accusat. *Chaon* Virg. 4. Georg. in Ablativo *Chao*.

k Hinc ab *Vlyssēus*, *Achillēus*, Genitivo *Vlyssēi*, *Achillēi*, contrahuntur in *Vlyssī*, *Achillī* quod & in aliis fit. l Attica hæc dialectus, m Virgilius ad formam Latinam dixit *Androgei galeam* in 6 Æn. *lethum Androgeo*. *n* Ovid in Ibin habet *Orpheon*. Propertius *Androgeona.us.* ex *oos ous* contractum, in Vocativo abjicit *s*. *Panthus*, *Panthu*. *Athos* habet in accusativo *Athonem*, *Athon*, *Atho* & *Athos*.

Tertia declinatio in Nominativo Sing. varias fortitur terminationes.

Singulariter.

Nom. *s.l.o r.n. x.c.g e.t.*
Gen. *is.*
Dat. *i.*
Acc. 2 *em.*
Voc. *similis Nominativo*
Abl. 3 *e.*

Pluraliter.

Nom. 4 *es.*
Gen. 5 *um.*
Dat, 6 *ibus.*
Acc. *es.*
Voc. *es.*
Abl. 6 *ibus.*

2 Quædam formant Accusativum Singul. in *im*: *Vim, ravim, tussim, sitim, amussim, Charybdim, magudarim, cannabim, pelvim, burim, mephitim, sinapim, præsepim, Syrtim, Opim, Leucaspim, cucumim, securim*: fluviorum item nomina *Tibrim, Ararim, Ligerim, Tigrim, Albim, Tanaim, Batim, Halym*, & *in*

Quædam Accusativum mittunt in *em* & *im*; *bipennis, fermentis, strigilis, cutis*. Sed ista *clavis, febris, navis, aqualis*, sæpius in *em*. & hæc *puppis, turris, restis*, sæpius in *im*.

3 Ex iis quæ Accusat. formant in *im* plurima Ablat. formant in *i*. Leguntur tamen *sitc, cannabe, Bate, Arare*. Et quibus Accusat. exibat in *em* & *im* Ablativus definit in *e* & *i*. Adde his *ignis, anguis, supellex, unguis, vestis*. Et Verbalia in *trix*. leguntur & *avi, civi, classi, colli, fusti, luci, vesperi, tempori*, advertialiter usurpata, *occipiti, vellis, &c.*

Quæ Adjectivorum naturam & formam subeunt, ablativum majori ex parte mittunt in *i*: *sodalis, annalis, rivalis, canalis, natalis, contubernalis, popularis, familiaris, striremis, quadriremis, affinis, edilis*: interdum & in *e*. excipiuntur Propria, quibus ablativus tantùm in *e* definit. *Juvenale, Clemente, &c.* Mensium nomina in *is* vel *er* exeuntia mittunt Ablativum in *i*.

4 Nonnulla nominativum & Accusativum plurales mittunt in *eis* diphthongum, ut, *parteis omneis*: hinc in *is* fit contractio: ut *Sardis, Trallis*.

4. Quibus Ablat. desinebat in *i* tantùm vel in *e* & *i*, Genit. pluralis ut plurimum

mum exit in *ium*, ut & quorum Nominativi singulares duabus clauduntur consonantibus: his exceptis, *hyemum, principum, participum, municipum, inopum, forcipum, mancipum, Chalybum, Arabum, Cyclopum, cœlibum, clientum,* & Genitivis Comparativorum: *plus* tamen facit *plurium*, quia in Nominativo plur. assumpserat *i*.

5. Nomina in *is, es* & *er* non crescentium formant Genitivum in *ium*, quibus adde *carnium, vitium, manium, penatium*. Atqui e parisyllabis excipiuntur *canum, panum, vatum, juvenum, volucrum, opum*. sed *apum & apium*.

Monosyllaba, *as, mas, vas vadis, nox, nix, os ossis, lar, dis, lis, glis, fex, dos, faux, mus, cor*. habent *ium* in Genitivo, *Ren, far, pus, mos, flos, crus, grus, laus, fraus, lex, rex, vox, dux, um*,

Festorum Nomina, quæ tantum Pluralia sunt; genitivum mittunt in *orum* & *ium*: ut *Agonaliorum & Agonalium. Anciliorum*, & priscis *vectigaliorum, exemplariorum. Alituum* ab *ales* assumit *u*, & *cœlituum*. Quædam syncopātur, ut *cœlestum* pro *cœlestium, locupletum, serpentum, adolescentum, &c. Boum* etiam, ut *bobus* & *bubus*,

3. Neutra desinentia in *al, ar*, & *e* ablativum magna ex parte mittunt in *i*. excipiantur, *far, hepar, jubar, nectar, præsepe, Soracte, Reate, Care, Bibracte, Præneste*, Quin & Ovidius non semel dixit *de mare carpat aquam*: *de mare vertet iter*.

4. Neutra quorum Ablativus singularis exit in *e* formant nominativum pluralem in *a* impurum: Ablativus in *i* format Nominativum in *ia*. *Aplustre* cujus Ablat. est *aplustri*, habet *aplustra*, & *aplustria*.

6. Neutra in *ma* veteres declinabant, ad secundam Latinorum formam, addito; *tum* unde Dativi & Ablativi plurales *poëmatis, epigrammatis* frequentiore in usu quàm *poëmatibus, epigrammatibus*,

De genere Nominum tertiæ declin.

Prima regula Specialis.

NOmen non crescens, genitivo, ceu *caro carnis*,
Vis, vis, & *nubes nubis*, genus est muliebre.

Excipiuntur ex non crescentibus.

MAscula sunt *orbis, postis*, [a] *vepres & aqualis*,
Callis, caulis, follis, collis, mensis & ensis,
Fustis, funis, panis, sentis, crinis & amnis,
[b] *Cassis, fascis, penis, torris, piscis & unguis*,
Sic *ignis, vectis, vermisque, sodalis & axis*. [c]

Mascula nomina in *er*; velut *imber, venter & uter*.

Neutra.

[a] Leguntur fœminina, sed rarissimè idque apud veteres.
[b] Raròsingularia
[c] *Natalis* est natura Adjectivum, intelligitur *dies, majalis, molaris, jugalis*: sc. *porcus, dens aut lapis, equus*, sic in *rivalis* & *perduellis*; *homo* sub reg. prima generali Addatur *mugilis, acinaces*, & *cenchris* pro serpente namque pro ave est fœmin.

Neutra.

NOmen in *d e* est neutrum, si gignit *is*, ut *mare, rete*,
Sic *panaces, nepenthes*, & *hippomanes, cacoëthes*. *e*

d e Breve.
e Adde *Solæcophanes*.
Linter Tibullo usurpatur mascu. idque semel, 2. l. 5. eleg. aliis fœm.
f Vel torquis.

Dubia.

SUnt dubii generis *finis, corbisque, canalis*,
Anguis item & *clunis*: sic *f torques* atque *palumbes*.

Secunda regula specialis.

NOmen, crescentis penultima si Genitivi
Syllaba acuta sonat, velut hæc, *pietas pietatis*.
Virtus virtutis monstrant, genus est muliebre.

Animans in omni genere legitur usitatius tamen in fœminino & neutro.

Exceptio ex acute crescentibus.
Masculina.

MAscula dicuntur monosyllaba nomina quædam,
*g Sal, sol, ren, splen, h pes, * glis, fur, gryps, vas h vadis (& præs,*
Mos. flos, ros, mus, dens, seps mons, pons, grex h gregis & (fons.

Mascula sunt & in *n* polysyllaba, qualia, *lichen*,
Delphin & pæan, i & in *k o* signantia corpus
l Unio, m bubo, umbo. Sic *senio, ternio, sermo*.

Masculina in *er, or* & *os*, ut *crater, sudor, honósque*,
Sic *n torrens, o oriens, elephas, magnésque tapésque*.
Adde *lebes, varix, dropax, mystax, adamasque*,
Hydrops, nycticorax, thorax, phœnixque p rudénsque,
Et *q bombyx*, sic instrumenta *r bidénsque tridénsque*.

g Priscis neutrũ
a Nom. *sale*.
h Genitivi Accentu acuti, quãtitate breves.
* *Glitis in genitivo, nam glis, glittis terra tenax est fœm.*
i Adde *attagen*, & *python* pro serpente.
k Pugio, titio, scipio, carbo, &c.
l Margarita, *unio* pro concordia non habetur apud autores probatos, ejus pro *capa* non constat genus. *Arrhabo* masc. Varroni soli fœmin. *m* Virgilio fœmin. *avis* sc. subaudita. *n* Respicitur *fluvius* aut *amnis*. *o* Respic. *sol.* ut & in *occidens*. *p* Pro vermiculo, namque pro materia & telâ ipsius est fœm. *q* Plauto, fœm. *r* Namque pro ove, cui duo dentes eminuli, est fœm.

Neutra.

Neutra.

SUnt neutralia & hæc monosyllaba nomina, *mel, fel, Lac, far, ver, cor, æs, vas, vasis, os ossis & oris. Rus, thus, jus, crus, pus,* & in *al* polysyllaba, in *árque* Ut *capital, laquear, calcar* : quibus additur *s halec.*

s Halex seu *alex* pro *muria*, est muliebre.

Dubia.

HÆc dubii generis sunt, *perdix*, cum *t grue, limax, Lynx, u stirps*, pro trunco, *serpens*, & *scrobs*, pedis & (*x calx.*

t Horatio masc. aliis fœm.
u Pro prosapia, est fœmininum.
x Pro lapide in cœmenti usum cocto, fœm,

Tertia regula specialis.

NOmen, crescentis penultima si genitivi Sit gravis; ut *sanguis* genitivo *sanguinis* est mas.

Excepta Fœminina.

Fœminei generis sit hyperdyssyllabon *y* in *do* Quod *dinis* atq́ in *go* quod dat *ginis* in genitivo. Id tibi *dulcedo* faciens *dulcedinis*, idque Monstrat *compago* faciens *compaginis*. Adde *Grando, teges, sandyx, compes, seges, arbor, hyemsque, Halcyon, z pecudis, cassis dans cassidis*, atque *Cuspis, lagopus, sindon icon, & aëdon.* Addantur *forfex, carex forcépsque, supellex, Appendix, histrix, coxendix*, adde, *filixque*, Græcáque in *as, is*, & *ys* finita, ut *lampas iaspis* Atque *chlamys.*

y Harpago tamen est masculinum & *cupido* pro cupiditate, apud poetas. *Cacus auri cupido.* Senec. *Sordidus cupido*, Horat.
z Genitivus, in Nominativo enim non legitur apud idoneum aliquem autorem

Neutra.

ESt neutrale genus signans rem non animatam (dans Nomen in *a* ut *problema*; *en* ut *omen*; *ar* ut *jubat*; *ur* Ut *jecur*: *us* ut *onus*, *put* ut *occiput* *a* Attamen ex his Mascula sunt *pecten, furfur*, sunt neutra *cadaver, Uber, iter*, *b* *siser* atque *siler*, cum * *verbere suber*, neutrum: pro arbore, fœm pro fructu arboris, mascul. Huc *spinter* & *laver*. quod in fœmin. usurpat Plinius cum respectu ad *herbam*. Idem Plin. dixit *tres siseres*

a Adde *artocreas, erysipelas* ātis, & *atriplex*, neutra.
* Et *jugere* de quibus in Anomalis
b Tuber pro fungo & tumore

Zinzibar

Zinziber & *laser*, *cicer* & *piper*, atque *papaver*, Atque *pecus*, *pecoris*. neutra *æquor*, *marmor adóreque*.

Dubia.

INcerti generis sunt hæc; *cinis*, *e ales*, *adepsque Margo*, *d cutex*, *cortex*, sic *d pumex*, *pulvis*, & *obex*, *Imbrex*, atque *silex* & *e onyx* cum *f Sardoniche* Indo.

c Sæpius fœmin. *d* Vsitatius masc. *e* Pro *gemma*, fœmin. Plinio non semel, pro alabastrite verò, cujus ad pavimenta & vasa unguentaria usus, masculinum. Martialis foli *onyx parva*, idque semel, eidem alibi est *sudus onyx*, & *calcatus onyx*. *f* Poetis masc. Plinio Fœm.

Græcorum in tertia hac declinatione Schema.

Singulariter.

	Nom.	Gen.	Dat.	Acc.	Voc.	Abl.
Divertitur non rarò ad flexionem Latinam Gen. *Ellipsis*, *Daphnidis*. Accus. *Chlamydem*, *aëra*, Voc. *Thais*, *Bacchis*. Abl. *Capye Dido*, *didonis*, Didonem, Dido, Didone, rariora sunt *Didus*, Genitiv. & *Dido*, Accusat.	*an.*	*anos*	*ani.*	*ana*,	*an.*	*ane*,
	as	*antos*	*anti*	*anta*	*a*	*ante*
	as	*ados*	*adi*	*ada*	*as*	*ade*
	is	*idos* / *is*	*idi*	*ida* / *in*	*i*	*ide*
	is	*eos*	*i*	*in*	*i*	*i*
	us	*untis*	*unti*	*unta*	*us*	*unte*
	ys	*yos*	*yi*	*yn*	*y*	*y*
	o	*ûs*	*ô*	*o*	*o*	*o*

Plurales fere sic inflectuntur. Nom. *es*. Gen. *um*. Accus. *as*. Voc. *es*. Latinè tamen. Gen. *chlamydum*, Accus. *Rhetores*. Dativus Græcus quandoque retinetur, ut *Dryasin* & *Thyniasin* apud Propertium.

Quarta declinatio duas habet terminationes *us* & *u*.

Singulariter.

Nom. *us*.
Gen. *f us*.
Dat. *g ui*.
Acc. *um*.
Voc. *us*.
Abl. *u*.

f Veteres in Genitivo Singul. dixere modò *anuis*, *fructuis*, testati originem hujus declinationis a tertiâ; modò *fructi*, *tumulti*, a secundâ.

g In Dativo, Terent. *vestitu*, quam antiquitatis majestatem retinet Virgilius, *Parce metu. Venatu invigilant*, *Neque concubitu indulgent. Facilem victu*: affectat Saluſtius, usurpant Cæsar & Tacitus.

Pluraliter

Pluraliter.

Nom. *us.*
Gen. *k uum.*
Dat. *ibus.*
Acc. *us.*
Voc. *us.*
Abl, *ibus.*

h Genitivus pluralis patitur quandoque Syncopen. *qua gratia currûm*, Virg. *Passûm*. Martial. *Arcus, artus, lacus, specus, tribus, partus, portus, veru, genu*, dativum & ablativum plurales mittunt in *ubus*, & *questubus* usurpat Seneca. *Veribus* & *genibus* præferunt autores classici, his accensent acus, *quercus* & *ficus* : sed sine autore *ficis* præplacet Plinio.

Iesus, in accusativo habet *Iesum*, in reliquis casibus *Jesu*

Omnia Nomina quartæ declinationis sunt Masculina, his exceptis fœmininis, *Manus, tribus, porticus*, *i acus*, adde *idus* Plural. tantùm. De genere *Domus* & *ficus* redi ad secundæ declinationis exceptiones. *specus* atque *penus* sunt masc. & fœm. generis.

In *u* definentia sunt neutrius generis, in Singulari Indeclinabilia.

i Pro instrumento sartorio & palea. Namque *acus aci*, secundæ, piscis nomen est masc. *Acus, Aceris*, tertiæ, pro palea, neutrum.

Quinta Declinatio.

Singulariter.

Nom. *es.*
Gen. *k ei.*
Dat. *ei.*
Acc. *em*,
Voc. *es.*
Abl, *e.*

Quinta declinatio unicâ terminatione *es* contenta est. Suntque omnia Quintæ declinationis Nomina, fœminina, excepto *dies* masc. & fœm. in Singulari, & mascul. tantum in Plurali : & composito ejus *meridies* masculino, quod caret plurali.

Pluraliter.

Nom. *es.*
Gen. *erum.*
Dat. *ebus.*
Acc. *es.*
Voc. *es.*
Abl. *ebus.*

k Veteribus genitivus singularis usurpabatur in *ii*, *es* & *e* quod & melioris ævi autores imitati. Cic. Pernicii causâ. Salust. *Vix decima parte die reliqua.* Equites daturos illius dies pœnas; citat Ciceronis Agellius. Hinc lis critica super illo Virgiliano, *Munera lætitiamque dii, die, dei*, Etiam Dativus, priscis in *e*. *Fide pignus dextras.* Ovid. 6. Met. *Prodiderat commissa fide.* Hor. 3. sat. 1. l.

De Nom. Anomalis seu Heteroclitis.

Anomala in Prima Declinatione.

NOm. *dica*. Accus. *dicam*. Plural. *dicas*. *l* Nom. *suppetiæ*. Accus. *suppetias*. Accus. *inficias*. Acc.* *incitas*. Abl. *Ingratiis*, cæteris casibus destituuntur.

l Dicis causa, ut Græcis δίκης ἕνεκα. Sc.* *lineas*.

Fama,

Fama, gloria, cholera, vituita, pueritia, senecta, juventa Justitia, invidia, sapientia, alia, nonnulla ætatum, virtutum & vitiorum nomina *m* rarò leguntur pluralia.

m Reperias enim iras, famas, glorias, avaritias, perfidias, veritates, insanias, noxas, &c. sed rariùs & fere apud historicos, Addantur, manubiæ, induciæ, præstigiæ, tonsæ, gerræ, scopæ, antiæ, caulæ, salinæ ineptiæ. Terent. Video tuam ineptiam. Adelph. *n* Ut & Apinæ, in proverbium rerum levium abiere, ab *Apina* & *Trica* oppidulis levi labore captis. *o* Pro scientiâ & epistolâ, pro qua tamen a poetis usurpatur in Singulari. *p* Sic bigæ, trigæ, rarò Singularia usurpantur.

Hæc sunt fœminei generis, numerique secundi,
Antiæ & *insidiæ, tenebræ, phaleræque, minæque,*
Excubiæ, nugæ, non nullæ tricæ, atque calendæ
Quisquiliæ, thermæ, cunæ, diræ, exequiæque,
Feriæ & inferiæ, sic primitiæque, plagæque,
Reria signantes, sic *valvæ divitiæque,*
o Literæ & *exuviæ, clitellæ virgiliæque,*
Nuptiæ & *illecebræ. p quadrigæ, vindiciæque*
Reliquiæ, atq; urbes; ut, *Cumæ, Thebæ*, & *Athenæ.*

Anomala in Secunda declinatione.

Gargara plurale frequens, Singulare non legitur. *q* Ab antiquatis *locum, sibilum*, neutris.

r Heaven. nam *cælum* pro scalpro, integrum est *cæli* plur. est ab antiquo Cœlus. *s* Hæc etiam ab exoletis, epula, delicia, &c. Balneum de privatis dicitur; balnea de publicis.

t Quod rarissimè tamen occurrit.

Pergamus & *carbasus*, fœm. Plural. *Pergama, carbasa* neutra. *Mœnalus, Dindymus, Ismarus, Tartarus, Taygetus, Tenarus, Massicus, Avernus*, Masculi, Plurali *Mœnala, Dindyma, Ismara*, &c. neutra, a *Pergamon* cæteri sque neutris antiquatis.

q Locus, jocus, sibilus, Masc. in Plural, *loci* & *loca, joci* & *joca, sibili* & *sibila*, masc. & neutra. *r Cœlum* neutr. Plurali *Cœli* masc.

s Nundinum, delicium, epulum, balneum, neutra Singul. in Plurali *nundinæ, deliciæ, epulæ, balneæ*; sed & legitur *balnea* neutr.

Rastrum, frænum, capistrum, in Singulari neutra: in Plurali *rastri & rastra, t freni & frena, capistri & capistra.*

Genit. *Nauci, ejusmodi, istiusmodi*, &c.

Hordeum, forum, mulsum, defrutum, tres tantum similes casus habent in Plurali.

Iugerum, jugeri Secundæ. Plurali, *jugera jugerum jugeribus* Tertiæ.

Singu-

Singularia tantùm, aut rarò pluralia.

Vesperus & viscus, pontus, limúsque simúsque,
u Mundus, humus, Veneris cestus, cœnumque, salíque
Iustitium, barathrum, vitrum, visúmque, senúmque
Sic *virus, nihilum, senium, lethum* atque *macellum,*
Et *vulgus,* x *solium* y *pelagus, fœnúmque lutúmque*
Istis adde x *solum, callum, bilum, fascinum* & x *avum.*

u Addatur mundus muliebris. *innumerabiles mundos. worldes.* ex opinione Anaximandri, dixit Cicero 1. de Nat. Deor.

x *Solii argentei* tamen Plinius. *Sola terrarum ultima.* Cicero.

z *Nulli datus omnibus avis* Ovid.

y *Pelagé*, Lucret.

Masculina, tantùm in Plurali leguntur

Liberi, a ut & *loculi, caucelli codicilli,*
Adde *fori, fasti,* & Propria, ut *Gabij*, atque *Philippi.*

a *Superi* & *inferi* naturâ sunt Adjectiva. *Dii* sc. vel *Manes*. Sic & *posteri*,

Neutra, tantùm Pluralia.

Mœnia cum *tesquis, præcordia, lustra* ferarum,
Iusta sepulturæ, *bellaria, compita, castra,*
Rostra discrorum, sic *incunabula* & *exta,*
His *effata* dabis, *fraga, arma, crepundia, flabra* b
Propria des istis, ut, *Susa, Artaxata, Bactra.*
Festa Deum, & celebres, ut *Pythia* & *Orgia*, ludos,
Librorum titulosque, *Georgica* & *Ethica*, jungas.

b Adde repotia, natalitia, sc. festa, adversaria, acta, diaria, præbia, serutca, hiberna, sc. tabernacula, oblivia, parapherna.

Anomala in Tertiâ declinatione.

Nom. *c fors, vesper* Abl. *forte,* d *vespere* Gen. *spontis, impetis.* Abl. *sponte impete.* & desinuntur Plurali. Gen. *jugeris, verberis.* Abl. *jugere, verbere,* in Plurali *jugera*, &c. integrè.

c Legitur tamen *fortu Fortuna. forti Fortuna*, & *fortem Fortunam.*

d Et *Vesperi*, quod Adverbialiter usurpatur.

Gen. *Opis, opem, ope. Dapis dapem dape. Sordis, sordem, sorde.* Gen. *vicis,* e *vicem, vice,* Plural. integra.

e Legitur in Dativo *vici.* sed rarò.

Frugis, ditionis, præcis, proceris, carent Nominativo Sing. & Vocat.

Vis caret Dativo Singulari. Gen. *Iovis, Iovi, Iovem Iove* sunt a Nominativo f *Iovis*: hoc a ζεύς.

f Cui additur *pater*, ut in *Marspiter, Diespiter.*

Abl. *ambage, fauce, crate*, integra in Plurali.

Itineris, ab antiquo *itiner* pro, quo, in usu *iter.* fic jecinoris, a *jecinur* obsoleto in usu *jecur*,

Far, mel, rus, tbus, in plurali retinent tantùm Nominativum, Accus. Vocativum Sic *tempé, cetê, melê*, tantùm Pluralia.

Vas,vasis,&c. in Plurali,*vasa,vasorum.vasis*, &c. secundæ declin. *Argos* neutr. Plur. *Argi,Argũ,Argos.* masc. secundæ formæ.

Hæc Plurali & ut plurimum carent.

& *Pulvis,vemo,pudor,sopor,æther,sanguis* & *aër*
h *Pubes* atque *salus,vex,talio*,cum *indole,tussis, Lux,plebs,atque lues, tabes, mors*,atque * *supellex* Adde *quies,bilis,proles,sitis*,atque *senectus, Paupertas, soboléſque,fames, contagio,tellus.* Neutra *jubar,nectar,ver,halec,gluten*,ebúrque, *Fel,ſiſer*,atque *ſiler.*

Hæc masculæ destituuntur Singulari.

Antes, profluvium *menſes,manes,lemuréſque*, ‖ Cùm genus assignant *natales*,adde *penates.*

Hisce,& *fores,talles*,‖ *grates*,muliebria jungas. Atque *mapalia*,hic *ſponſalia,mœnia*,neutra.

Anomala in Quarta declinatione.

Noctu,natu, juſſu,injuſſu,prompta,permiſſu, Ablativi tantùm in usu sunt.

Gelu caret plurali: n *Artus* & *idus* Singulari.

Anomala in Quinta declinatione.

Nomina quintæ declinationis in plurali tres tantùm admittunt casus.

Excipe *res*,o *ſpecies, facies,aciéſque,diéſque.* quæ in plurali sunt integræ. *Expes* tantùm in Nominativo.

Fides,requies,meridies,rabies,carent plurali.

Anomalorum quorundam farrago. Aclita.

Nullum variant casum r *Nil,nihil,fas,nefas*,‖ *inſtar*, * *cæpe*

Satiãs contract. ex *ſatietas.*
Damnas,an utique contractum a *damnatus*,ut volunt? an ut *iduas aſſuetus?*
g Masculina.
h Fœminina. Quædam ex his leguntur in plurali, sed rarissimè *æres,luees,tuſſes, biles,taliones, indoles.*
u Contractum videtur a *cedito*, licet utrâque, per poscentis festinationem, correptâ. ut in plurali *cettè* pro *cedite*, apud Plau. in Mercat. Neque iuterea pudebit fateri me ἐπέχειν, ubi tot Grammaticis vel ἐποχὴ & ἀπορία, vel ἐχεμυθία.

* Supin. *cœptum*.

x *Ardescitque videndo*, i.e. magis ardet, ut contendit Valla.

y Quædam terminationes hasce nacta, significatione tamen differunt, ut *capto cogito, viso, visito, capesso*.

Desiderativa seu Meditativa, in *urio*; ut, *lecturio, parturio, esurio.*

Diminutiva, in *llo* vel *isso*; ut, *sorbillo, pitisso.* z

Imitativa, in *isso* vel *or*; ut, *Atticisso, patrisso, pargasor, cornicor, Bacchor.*

z Et in *co*, nonnulla, ut *albico, candico,*

Figura.

Composita quædam sunt, quorum simplicia exoleverunt, aut quæ a Græcis componuntur. *defendo, offendo, aspicio, adipiscor experior, comperior, expedio, impedio, deleo, imbuo, compello, appello, incendo, ascendo, ingruo, congruo, infligo, affligo, castigo, instigo, impleo, percello,* & alia plurima, de quibus & supra dict.

Verba Impersonalia.

* Impersonalia, in tertiâ personâ per Modos omnes & tempora formantur.

* A Personalibus antiquatis, quorum aliis etiamdum manet apud autores tertia pluralis; *decent, oportent, pudent.*

Activa; ut, *Oportet, oportebat, oportuit, oportuerat, oportebit. oporteat, oporteret*, &c. *oportere.*

Quædam Impersonalia geminum sortiuntur Præteritum; *placet, placuit* & *placitum.* ut dictum supra in Secunda conjugatione.

Passiva; ut *Itur, ibatur, itum est* vel *fuit, itum erat*, vel *fuerat, ibitur: eatur, iretur, itum sit*, &c.

Participium.

Participium est vox quæ variatur per [a] Casus & Genera, [b] significans rem cum tempore.

Quatuor sunt Participiorum species.

1. Participium Præsentis exit in *ans, ens,* [c] *iens.*

2. Participium Futuri in *rus* significationem habet Infiniti modi; *lecturus, cursurus, locuturus.*

3. Participium [d] Præteriti temporis exit in *tus, sus*, vel *xus*, ut *amatus, visus, nexus*, unicum in üus, *mortuus.*

a Ad formam Nominum Adjectivorum. Participia præsentis ut *felix*, reliqua ut *bonus.*

b Quam significationem habent propriè, a suis quæque Verborum generibus & temporibus.

Sunt tamen quæ a Passivis significant Activè, *circumspectus, consideratus, falsus, dissertus, profusus*, quæ etiam a Neutris, *tacitus, cautus.*

c Et cum compositis, habet *iens, eustu, eusti, &c. ambio* solùm retinet *ambientis, ambient*, &c. ut etiam Gerundia *eundi, redeundi*, & cætera, præter *ambiendi.* eandem namque cum hoc Participio sortiuntur derivationem.

d Participia Præteriti a Deponentibus, quandoque passivè significant, quippe quæ olim Communia fuerint· *testatus, mentitus, meditatus, oblitus, adeptus, &c.* A quibusdam Neutris habentur etiam Participia *status, decursus, vigilatus, audendus, carendus, cænandus, dolendus, erubescendus, pœnitendus*, alia.

4. Partici-

4. Participium Futuri in *dus* semper significat Passivè.

Participium Præsentis formatur ab imperfecto mutatâ ultimâ syllaba in *ns*; ut *amabam, amans, sequebar sequens*, ab hoc formatur Participium in *dus*, inserto *du* ante *s* finalem; ut *amans, amandus, sequens, sequendus.*

Participium Futuri in *rus* & Præteriti formatur a Supinis; ut ab *amatum, amatu, amaturus, amatus.*

Quædam Participia formantur irregulariter, *pariturus, nosciturus, sonaturus, arguiturus, eruiturus, moriturus, oriturus.*

Adverbium,

Adverbium est vox, quæ Verbis, Nominibus, Participiisque [e] addita, significationem eorum circumstantiâ aliquâ, aut qualitate determinat aut explicat.

Temporis [f] *Nuper, dudum, jampridem, nudiustertius, pridie, heri, jam, nunc, hodie, cras, postridie, mox, statim, dum quum, quando, quamdiu, subinde, g olim, donec.*

[g] Loci: *Hic, illic, istic, ubi, ibi, intus, foris, nusquam, ubiq. Hue, illuc, istuc, intro, foras, sursum; deorsum. Hinc, illinc, istinc, inde, alsunde, superne, cælitus, funditus. Hac, illac, istac, quacunque.*

Numeri: *Semel, bis, ter, quater, quinquies, sexies, decies, vicesies vel vicies, centies, millies, toties.*

Ordinis: *Primò, secundò, inde, deinde, denique, postremo.*

Interrogandi: *Quando, quandiu, quoad, quousque, cur, quare, quamobrem, ubi, unde, quo, qua, quoties, quomodo, ut* & *quàm* pro *quomodo, an, nunn, ne* enclitica.

Affirmandi; *Certè, etiam, maximè, sanè, profectò, omninò, planè, prorsus, nempe, na, scilicet.*

Negandi: *Non, haud, ne* prohibendi, *minimè, nentiquam nequaquam.*

Jurandi: *Hercle, mehercule, medius fidius, pol, adepol, ecastor.*

Hortandi: *Eia.* Optandi: *utinam, ô, si, ô si.*

Congregandi: *Simul, una, pariter, universim, conjunctim*

Segregandi, *Seorsim, virsim, nominatim, vicatim, ostiatim*

Excludendi, *Tantùm, modo, tantummodo, solùm, duntaxat*

Eligendi seu Præferendi: *imo, potius, satius, potissimum*

Diversitatis; *aliter, secus.* Propinquitatis, *obviam, prope*

Intendendi

e *Sibique adeo;* ut, *sat cito, si sat bene. Nimis acute*

f Vel definiti, ejusque præteriti, præsentis, futuri. vel indefiniti.

g *Olim, alsquando, quondam* tam de futuro quam præterito dicuntur.

*In loco, quæ respondent ad, *ubi?* ad locum, *quo?* a loco, *unde*, per locum, *qua*,

Intendendi : *Valde, impensè, impendiò, immodicè, prorsus nimis, nimium, penitus, omnino.*

Remittendi : *Vix, agrè, paulatim, sensim, pedetentim, nedum*

Negatæ solitudinis : *Non solùm, non tantùm, non modò.*

Restringendi : *Quatenus, quoad, in quantum.*

Rei nondum peractæ : *Ferme, fere, prope, propemodum.*

Similitudinis : *Sic, sicut, sicuti, velut, veluti, ceu, quasi, tanquam, uti, ita, itidem.*

Dubitandi : *Forsan, forsitan, fortassis.*

Eventus : *Forte, fortuito, forte Fortunâ.*

Demonstrandi : *En, Ecce.* Vocandi, *Heus, ô.*

Qualitatis ; *Docte, pulchrè, fortiter, graviter,*

Quantitatis ; *Parum, satis, abunde, affatim.*

Comparandi. *Tam, quam, magis, minus, æque ac, magis atque.*

Comparantur Adverbia, tam nativa, quàm ab Adjectivis deducta ; ut *sapè, sapius sapissime, diu, diutius, diutissime, bene, melius, optimè, malè, pejus, pessimè.*

Conjunctio.

Conjunctio voces vocibus, sententias sententiis conjungit.

Copulativæ sunt, *Et, que* enclitica, *ac, atque, cum, tum.*

Disjunctivæ, *Aut, vel, ve* enclitica, *seu, sive, nec, neque, néve.* quæ disjungunt quidem res, sed conjungunt Voces.

Causales, *Nam, namque, enim, etenim, quia, quod, quippe quoniam, quando, quandoquidem.*

Conditionales. *Si, sin, siquidem, modo, dum, dummodo, quoad, alias.*

Illativæ, seu Ratiocinativæ : *Ergo igitur, itaque, ideo, idcirco.*

Discretivæ : *Sed, autem, vero, at, ast, tamen, atqui, cæterum.*

Concessivæ, seu Adversativæ : *Etsi, tametsi, etiamsi, quanquam, quamvis.*

Redditivæ : ad Concessivas relatæ : *tamen, attamen, veruntamen.*

Exceptivæ : *Ni, nisi, præterquam, quin, aliòquin.*

Dubitativæ : *An, utrum, ne* enclitica, *necne.*

Continuativæ, *Deinde, porro, item, præterea, insuper.*

Diminutivæ : *saltem, vel, nedum,*

Expletivæ : *Quidem, equidem, sedenim.*

Sunt, quæ pro variâ significatione modò Adverbia, modò Conjunctiones, modò Præpositiones sunt, ut, *Cum, an, si, dum, quando.*

De ordine Conjunctionum adi Syntaxin.

Præpo-

Præpositio est vox quæ aliis vocibus tum in regimine tum in compositione præponitur.

Præpositionum aliæ sunt Separabiles, casuique inserviunt; *Ad, apud, adversus & adversum, ante, cis, & citra, circum, circa & circàter, clam, contra, erga, extra, infra, inter, intra, juxta, ob, penes, per, pone, post, præter, prope, propter, secundum, secus, supra, trans, versus, ultra.* *A, ab, abs, absque, coram, cum, de, e ex, in, præ, pro, sine, sub, subter, super, tenus.* de quibus fusius in Syntaxi.

Sunt & aliæ, dictæ Inseparabiles, quæ non nisi in compositione adhibentur: *am, di,* vel *dis, re, se,* & *con,* quæ ante vocalem amittit *n,* ut in *coëmo, coägmento.*

In compositis cum Præpositione, quò auribus & Euphoniæ inserviatur, tollitur asperitas, consonâ finali nunc abjectâ, nunc mutatâ, ut *surgo, corripio, omitto, aufero:* vel cavetur hiatus immissâ consonante ut *redeo, prodest, prodesse.*

Quædam Præpositiones procreant Adjectiva Comparativa & Superlativa, *Intra, interior, intimus. Infra inferior, infimus vel imus. Extra, exterior, extremus. Citra, citerior, citimus. Supra, superior, suprèmus vel summus. Post, posterior, postremus & postumus. Ultra, ulterior, ultimus. Prope propior, proximus. Ante, anterior.*

Interjectio.

Interjectio est vox affectum mentis significans: ejusque Exultantis, *evax, io.* Dolentis, *heu, eheu, hei, hei, ô, ah.* Exclamantis, *Oh, proh.* Admirantis, *papæ!* Timentis, *at-at.* Laudantis, *Euge, eja.* Vitantis, *apage.* Vocantis, *ô, eho, heus.* Deridentis, *Hui.* Ridentis, *ha, ha, he,* Fastidientis, *Phuy.* Indignantis, *Vah.* Minantis, *Va.* Silentium injungentis, *au, ßt, pax.*

Interjiciuntur quandoque Nomina & Verba; *Infandum, malum, mirabile dictu, quæso, sodes, sis, sultis.*

Schemata seu Figuræ Etymologicæ.

Prosthesis apponit literam vel syllabam ad initium dictionis; ut, *gnavus, tetulissem.*

Aphæresis detrahit a principio; ut, *conia* pro *ciconia,*

conia. Plaut. Trucul. namque in *temnere, miſſa faciam* &c. ſimplex ponitur pro compoſito.

Epenthеſis, interſerit literam vel ſyllabam mediæ dictioni; ut, *Relliquias, Induperatorem, alituum.*

Syncope de media dictione literam vel ſyllabam tollit; molliùs atque in uſu; ut, *nōſti, clamārunt, petÿ*; duriùs & poëtis tantùm permittenda; ut, *produxe, proſpexti, erepſemus, ſurpite, ſummoſſes, didit, edit*, pro *ederit*, ſi ſit præſens vetus Subjunctivi, ut *velit.*

Paragoge addit literam vel ſyllabam fini dictionis; ut, *dicier, claudier.*

Apocope aufert a fine dictionis; ut * *Viden', dic, duc, fer, fac, peculi*, niſi craſis ſit, ut in *Vlyſſei*, &c.

* Et in ſumma parte loci unde literæ tolluntur, appingitur quandoque comma, quæ *Apoſtrophi* nota vocatur; ut, *Satin' habes? Vſu' eſt Cenſin' me poſſe?*

Antiſtœchon vocalem vocali mutat; ut *olli ſervom, emundu, here pro heri.*

Enallage ſive Antimeria Partes orationis, earúmque Accidentia, numeros, genera, perſonas, modos, tempora, alia pro aliis ponit; *Populum lutè regem*, i. *Regnantē. Tibi triplex unde uxor*, &c. pro *a quo. Quid facias?* pro *faciat quiu? Ni faciat*, pro *faceret.*

Archaiſmus, vox antiqua & jam antiquata: quales, *aquaï, materiaï, gutturem, artua, hac noctu, I puere, tam nulli conſily, mihi ſolæ, non quiſquam alia mulier, ſcibat, lenibat, veſtibat, ſciba aperibo, mollibit, opporibor reddibitur, mala vino lávere, valde tonit, ſiem, duim, perduim, pro ſim, dem, perdam, fuat, humorem exugebo, progrediri, moriri, acceſſiri, levaſſo, expugnaſſo, prohibeſſo*, futura Subjunctivi modi; *expugnaſſere, prohibeſſere*, futura Infinitivi.

Syntaxis.

Syntaxis eſt recta vocum inter ſe compoſitio, juxta uſum autorum probatiſſimorum.

Syntaxeos duæ ſunt partes; [a] Concordantia & Regimen.

a Vel Convenientia.

Con-

Concordantia vel justa est, vel figurata.

Concordantia justa.

Verbum [b] personale cohæret cum Nominativo numero & personâ: ut, *Labor omnia vincit.* Virg. 1. Georg. Quid est, cur nos crimen hoc, si tu comtemnis, pertimescamus? Cic: pro Cœlio. Annibal peto pacem. Liv, 3. l. 10. dec.

Adjectivum [c] cum Substantivo, genere numero & casu consentit. ut, *Rara avis in terris nigroque simillima Cygno.* Juvenal. 6. Sat. *Neglectis urenda filix innascitur agris.* Hor. l. 1. 3. Sat.

Relativum *Qui* cum Substantivo Antecedente convenit genere, & numero [d]: ut, *Ast ego, quæ divûm incedo regina.* Virg. 1. Æn. *Tu qui longa potes dispendia ferre viarum.* Martial. 9. l. 102. Epigr. *Felix qui potuit boni fontem visere lucidum.* Boeth. l. 1. Metr. 12.

b Modi finiti.
c Sive Nomen illud fuerit, Pronomen, aut Participium, *Nigræ lanarum nullum colorem bibunt.* Plin l. 8. c. 48. *Canum degeneres caudam sub alvum trahunt.* l. 11. c. 50. Hellenismi sunt. Σπουδαῖα τῶν πραγμάτων. Isocr. ad Nicocl. Προλαβὼν τοὺς ἐπικαίρους τῶν τόπων. Demost. de Corona. Οἱ φαῦλοι τῶν κηρύκων. Lucian. Men.

d Convenientia hæc quandóque petenda ex Possessivo: ut, *Nec mea verba legis, qui sum Submotus ad Istrum.* Ovid. 3. de Ponto, Eleg. 4. Rationem eandem cum Relativo subeunt, *quis, qualis, quantus quot, quotus, uter.*

d Personæ etiam habetur ratio, si Relativum, immediatè, ut in prima Concordantia, præcedat verbum; In obliquis verò Personæ ratio supervacanea est. Et Relativi casus dependet a verbo, aut ab aliâ dictione in eâdem sententia, juxta cetcrarum Partium orationis structuram, (quod facilè deprehendet qui Substantivum Antecedens repetet, quo de, mox in Ellipsi,) ut, *Oratio, cujus virtutes ex industria quoque occultantur Quintil.* 10. l. 1. c. *Ille se profecisse sciat, cui Cicero valde placebit.* ibid. *Pauci, quos æquus amavit Iupiter.* Virg. 6. Æn.

Reperire est & Relativum casu etiam cum Substantivo Antecedente conveniens. *Cum Scribas, aliquid eorum * quorum consuevisti, gaudeo.* Luceius Ciceroni 14. Epist. l. 5. more sc. Atticorum, ἡδέ' οἷσιν εἴχετ' ἐν κακοῖς. Sophocl. in Ajace. Τούτων ὧν πεπόμφαμεν ἄξια. Phalaris Epist. 14. Nisi planè Græca sit constructio, * πολεμικῶν ἀγώνων ἐθὰς. Plutarch. Pædag.

Substan-

Subſtantivum cum Subſtantivo ejuſdem rei aut perſonæ convenit caſu e: ut *Habes ſomnum, imaginem mortis, eamque quotidie induis.* Cic. 1. Tuſc. *Effunduntur opes, irritamenta malorum.* Ovid. 1. Met.

Epexegeſis & Appoſitio Grammaticis dicta hæc, & reſtringit generalitatem; tollit æquivocationem; attribuit proprietatem.

e Numero etiam: niſi alterum Subſtantivorum ſit collectivum; ut, *Turba luxuriosa proci.* Ovid. Epiſt. 1. Aut plurale tantum: ut, *Delicia tuæ Æſupus.* Cic. Ep. 1. 7. Epiſt. 1. & Genere, Si poſterius ſit mobile: ut *Exploratores ignes.* Claudian. & *Exploratrices aquas.* ſic *Equus Victor.* Virg. 3. Georg. *Lauros Victrices* 8. Eclo,

Et quamvis, ut nonnullis placet, Verbalia quædam in *ix* habeantur Adjectiva unius terminationis & in Neutro uſurpentur; ut *Victrici ferro.* Apud Lucan. 1. l. *Victricia arma.* Virg. 3. Æn. *Victricia Signa.* Lucan. 1. *Victricia tela.* Stati. 5. Thebaid. Etiam in Singulari, *Victrix ſolo.* Claudian. 6. conſ. Honorii *Victrix tropæum.* Minut. Felix: non tamen adhærent maſculino.

Si prius ſit Neutrum adoptat Maſculinum mobile; Si poſterius ſit immobile non exacta adeo generis habetur ratio. *Vultus animi index. Magnum pauperies opprobrium jubet quidvis facere & pati.* Hor. l. 3. Ode. 34. *Qui teſte cælo vivis.* Sen. Hippol. *Fatu autoribus.* Virg. Æn. 10.

Si prius ſit nomen animalis, Verbum aut Adjectivum cum eo convenit. Si inanimati, cum poſteriori potius. Si Ludorum nomen, cum Appellativo potius quam Proprio: *Ludos Conſualia ſimulavit, ad quos eum,* &c. Plin.

Quandoque & caſu differunt, ut, *in Oppido Antiochia.* Cic. ad Attic. 5. l epiſt. 18. *Buthroti aſcendimus urbem.* Virg. Æn. 3.

Concordantia Figurata.

Ellipſis.

Nominativi *Ego, tu, ille, nos, vos, illi,* f *homines* rarò exprimuntur. *Qu equid dicunt, laudo; id rursum ſi negant, laudo id quoque.* Ter. Eun. Niſi ad diſtinguendum, aut vehementiùs aliquid efferendum. *Tu nidum ſervas, ego laudo rura amæni Rivos.* Hor. Epiſt. 10. l. l. *Tu dominus, tu vir tu mihi frater eras.* Ovid. Epiſt. Bris.

f Ita *ferunt, ajunt tradunt, perhibent, prædicant.*

In his *tonat, pluit ningit,* &c. Subintelligitur *Deus cœlum, aer, Luceſcit, dieſcit,* i. e. *lux vel dies oritur.* ὅταν γίφῃ ὁ θεὸς Xenoph. *xuvn. Ter tonuit ſine nube Deus.* Ovid. 3. Faſt.

Verbum ſæpe reticetur. g *Fortuna fortes.* Cic. 2. de finib. *Cornici oculum.* Cic. pro Flacco. h *Novimus & qui te,* &c Virg. 2. Ecl. i *Egone illam, qua illum, qua me, quanon?* Ter. Eun.

Sæpiſſimè verò omittitur verbum Subſtantivum: *Quos*

g Tanquam notum in Proverbiis. h Tanquam parum honeſtum. i propter affectum aliquem.

homines, tot Sententiæ. Suus cuique mos. Ter. Phorm. *Immane quantum.* Hor. 27. Ode. l. 1. k *Mirum quantum.* Liv. 1. l.

k Θαυμαστὸν ὅσον.

Relativum non rarò ἐλλείπει. Namque cum integra sit hæc oratio, l Ciceroni solennis. *In oppidum devium Beroam perfugisti, quo in oppido cum tibi spe falsa,* &c. in Pisonem. Et Cæsari familiaris, *Omnes ad Iccium portum, convenire jubet, quo ex portu commodissimum in Britanniam transjectum esse cognoverat,* 5. l. bel. Gal. *Diem dicunt, qua die ad ripam Rhodani conveniant.* ibid. Substantivum tamen repetitum legitimè ut plurimum desideratur: ut, *Diem dicunt, qua ad ripam Rhodani conveniant.* Verùm si prius reticetur, aut ordo invertitur, asperior fit oratio, * *Populo ut placerent quas fecisset fabulas.* Ter. Prolog. Andr. *Eunuchum, quem dedisti nobis quas turbas dedit.* In Eunucho *Urbem quam statuo vestra est.* Virg. 1. Æn.

l *Diem scito esse nullum, quo die non dico pro reo.* Cic. 3. l. ad Quint. frat. *Legem promulgaverat, qua lege regnum Iubæ publicaverat.* Cæs. 2. bel. Civil. *Pulverem in ea parte videri, quam in partem legio iter fecisset.* 4. bel. Civil. * Integre; ut *ea fabulæ populo placerent, quas fecisset fabulas.* Sic. *Is Eunuchus, quem Eunuchum dedisti.* Et *Ea urbs, quam urbem statuo.* &c. Ellipsin sapiunt & Hellenismi illi εἰς ὅς. *Sunt quos. est qui.* Hor. 1. Ode. 1. l. h. e. *Sunt nonnulli quos juvat. Est alius qui non spernit.*

Defectus etiam in istis: *Legêmque his rebus, quam ipsis videretur, edicerent.* Cic. in Rullum. *Ut Consules adhiberent tribunos plebis & prætores, quos ijs, viderentur.* pro Rabirio. Supplendi, *Legem quam edicendam esse videretur. Quos esse adhibendos videretur.* Sed & Græcum Sapere compendium videntur. Demosth. ad Leptin. Δὶ ἣν ὃν ἂν ὑμῖν δοκῇ. Xenoph. Ἐκάλει τῶν ταξιάρχων, οὓς καιρὸς αὐτῷ δοκοίη εἶναι. Plato in Gorgia. ἥντινα ἄν σοι δοκῇ. Idem. τεθνήξεται οὗτος ὃν ἂν δόξῃ.

Enallage.

Quæ quia pro Neutris & tertiis personis sumuntur, Adjectiva ponuntur in Neutro genere, & Verba in tertiâ personâ.

Aliquando verbum Infinitum, Adverbium, membrum orationis aut dictio τεχνικῶς posita supplet locum Nominativi aut Substantivi, ut, *Velle suum cuique est.* Pers. 5. Sat. *Dic mihi cras istud, Posthume, quando venit?* Mart. 59. Epig. 5. l. *Ingenuas didicisse fideliter artes Emollit mores.* Ovid. 2, de Pon-

Plurima, quæ pro Impersonalibus habentur, si excutias per quæstionem *quid,* reperientur Personalia. V. g. *Emori per Virtutem præstat. Quid præstat? Emori per virtutem.* Infinitivus sc. aut Sententia est Verbo Nominativus.

to.6. El. *In tempore veni, quod omnium verum est primum.* Ter. Heaut. *Sæpe vale dicto rursus sum multa locuturus.* Ovid. Trist. 1.l. 2. Eleg.

Adjectiva absolutè sine Substantivis posita supplent locum Substantivi: ut *Amicus certus in re incerta cernitur.* Ennius. *Rusticus ille tuus.* Juvenal. 3. Saty, [m] *Omnia sunt hominum tenui pendentia filo.* Ovid. 4 de Pont. El. 3. *Longum per mare.* Virg. 12. Æn. *Per aperta serena.* Lucret. *Incoctum generoso pectus honesto.* Pers. 2. Sat. *Summum bonum.* Cic.

m Equibus multa redduntur in neutro genere, e dictione *res* suppressâ, *Triste lupus stabulis. Dulce sarus humor.* Virg. 3. Ecl. *Varium & mutabile semper fœmina.* 4. Æn. &

sunt Hellenismi. οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, subintelligitur χρῆμα, res, negotium opus. vel τὶ, quid, quiddam, quod aliquando exprimitur. Senec. 55. Epist. *Philosophia sacrum quiddam est & venerabile.* Et de vita beata, c. 7. *Altum quiddam est virtus, excelsum & regale.* Η δ' ἀρετὴ ταθεῖσ' ἐν ἀγρῷ τι καὶ ἀτέγκτον. Antholo. 1.l. c. 8. Τυφλὸς χρῆμα σφαλερόν. Herodot. in Thalia.

Quin & Substantiva quandoque pro Adjectivis usurpantur: *Heroas sensus.* Pers. 1. Sat. *Marem strepitum. & juvenes jocos.* Sat. 6. *Laticem Lyeum,* pro *Lyeium.* Virg. 1. Æn. *Romula tellus.* 6. Æn. pro *Romulea. Hinc populum late regem.* 1. Æn.

Zeugma.

Quum Verbum duobus aut pluribus Nominativis, Adjectivum pluribus Substantivis, [n] conjunctione aut commate nexis, respondent; cum viciniore conveniunt expressè, cum altero vel reliquis per supplementum: ut, *Ego illum de regno suo, ille me de Rep. nostrâ percontatus est.* Cic. Somn. Scip. *Sociis & rege recepto.* Virg. 1 Æn. *Tu quid ego & populus mecum desideret, audi.* Hor. Epist. ad Pisones.

n Substantivum unum quandoque respondet duobus Adjectivis: *Magna minorque fera* Ovid. 4. Trist. 3. eleg. n Expressâ vel intellectâ. Quando comparatio fit, Verbum vel Adjectivum convenit cum remotiore suppositio. *Nihilo magis ego quam vos subsidio Domitio ire possum.* Cic. 17. epist. l. 8

Syllepsis.

o Duo aut plures Nominativi Singulares per [p] Conjunctionem copulati, Verbum [q] plurale fæpe exigunt, quod Nominativo [r] dignioris personæ respon-

ad Atticum. *Hinc leges & plebiscita coacta.* Lucan. 1.l. Præposterum vocatur Zeugma. o Æquipollent nempe Nominativo plurali. p Expressam vel intellectam, aut etiam comma. q Interdum contenti sunt Verbo singulari: *Mens & ratio & consilium in senibus est.* Cic. de Senect. r Est autem prima persona dignior quàm secunda, & secunda dignior, quàm tertia,

debit; ut, *Situ & Tullia, lux noſtra valetis*; *ego & ſuaviſſimus Cicero valemus.* Cic. 14. l. Epiſt. 5 *Spolia amplaque ferentia Tuque puerque tuus* Virg. 4. Æn.

Dignius eſt Maſculinum, quàm Fœmininum, & Fœmininum quàm Neutrum. Iurebus vero inanimatis Adjectivum plerunque eſt Neutrius generis:

Duo etiam aut plura ſubſtantiva per conjunctionem copulata exigunt Adjectivum plurale, quod cum ſuppoſito dignioris generis quadrabit: ut, *Mulciberis capti Marſque Venuſque, dolis.* Ovid. 2. de arte. *Iane, fac æternos pacem pacisque miniſtros.* 1. Faſtor. *Domus, uxor, liberi inventi invito patre.* Ter. Andr. *Cæſoſque reportant Almonem puerorum fœdatique ora Galeſi.* Virg. 7. Æn. i. e. *ipſum Galeſum.*

Divitiæ, decus, gloria in oculis ſita ſunt, Sal. Catil. Aliquando & animatis, *Leporem & gallinam & anſerem guſtare fas non putant, hæc tamen alunt, animi voluptatiſque cauſa.* Cæſ. 5. bel. Gal.

Servatur interdum ſimplex Convenientia: *Grammatice quondam ac muſice junctæ fuerunt.* Quintil. 1. l. 10. c. Quandoque tamen in ſingulari effertur. *Occiſus eſt cum liberis M. Fulvius conſularis.* Cic. Catil. 1.

ſ Implicitam hanc Syllepſin vocant in qua altera pars omittitur, Scil, *& alter in alterius. Talthybius in Eurybatem, & Eurybates in Talthybium. Aſcaniumque patremque meum juxtaque Creuſam Alterum in alterius mactatos ſanguine cernam.* Virg, 2. Æn.

In utráque Syllepſi, nec non Zeugmate Præpoſitio *cum* vim habet Conjunctionis Copulativæ. *Divellimur inde Iphitus & Pelias mecum.* Virg. 2. Æn. *Ilia cum Lauſo de Numitore ſati.* Ovid, 4. l. Faſtor.

Prolepſis.

Verbum Plurale, quod totum aliquod complectebatur, in partibus ſubjectis, quaſi dividitur, ut Singularia utriſque inſerviant: ut, *Curemus æquam uterque partem; tu alterum, ego item alterum.* Ter. Adelph. ſ *Alter in alterius jactantes lumina vultum Quærebant taciti noſter ubi eſſet amor.* Ovid. 3. Epiſt.

* Synthetis vel Σύνεσις.

* Convenientia enim fit cum, Nominativo vel Subſtantivo intellecto.

Vocum ſtructura quandoque apud autores idoneos peccat, Senſu interim ſano, quod vel genere fit: ut *Tranſtuliſſein Eunuchum* t *ſuam.* Ter. prol. Eun. *Centauro invehitur* u *magnâ.* Virg. 5. Æn. *Elephantus gravida* Plaut. Stich. *Ubi illic Scelus eſt,* x *qui me perdidit?* Ter. Andr. *Latium, Capuaque agro* y *multati*, Liv. 8. l. *Capita Conjurationis, virgis* z *cæſi*, Idem, 10. *Duo millia crucibus* affixi*, Curt. l. 4. *Hoc pecus omne meum eſt,* a *multa quoque*

t *Comœdiam.*
u *Navi.*
x Abſtractum pro concreto, *ſceleſtus.*
y Metonymicè pro *incolis, civibus.*
z Cum reſpectu ad *principes.* * Reſpicit *homines.* Sed & Græci Φιλε τέκνον. Hom. Iliad. X. Ἐλθὲ δ' ἰπὶ Ψυχῇ Θησέως πειρησαο χοὐσσον σκήπτεσθαι ἐχων. Odyſſ. 10. Πατέρας κολακίνων Demoſth. de Corona. Μικρὰ ἢ ἀγαθοῖς καθαλλάξις ἐξελαυσεῖς. Idem. a Divertebat animum ad *pecudes*,

montibus

montibus errant. Ovid. 13. Metam. *Qui habet ſalem* b *quod in te eſt.* Ter. Eunuch. *Duo importuna prodigia, quæ,* &c. Cic. pro P. Sextio. 2. vel Numero: ut, c *Pars volucres factæ.* Ovid. 4. Met. *Eamus omnis execrata civitas.* Hor. 16. Epod. *Servitia repudiabat* d *cujus initio ad eum magnæ copiæ convenerunt.* Sal. Catil. e *Aperiſe aliquis actutum oſtium.* Ter. Adelph. f *Abſente nobis.* Ter. Eun,

3. Vel Genere & Numero ſimul: ut, *Hic manus ob patriam pugnando vulnera paſſi.* Æn. 6. *Hic genus antiquum terræ, Titania proles Fulmine dejecti fundo volvuntur in imo.* ibid.

b Cum reſpectu ad *Sal*, neutrum, contractum ex antiquo *Sale*, unde Muretus legit *Qui habet ſale quod*, &c. vel *quod habere Salem in te eſt*,

c Collectivum Scil. aut Partitivum ſingulare æquipollet Plurali. d Reſpexit ad *Servitium*, quod ſingulare includit *Servos.* Sic Cicero 7. Verrin. *Quod & familia congregantur, & magnitudo ſervitii perſpicitur*, Et idem. *Cæptum eſſe in Sicilia moveri aliquot locis ſervitium*, ibid. e Vim habet pluralem *Aliqui e vobis aperiat, hic, ille, tu.*

f Archaiſmus, ut præter Nonium & Donatum aſſerit Jos. Scaliger, ad illud Catulli, *Inſperanti ipſa refert te nobis.* Carm. 108. & ad Tibul. 7. Eleg 3. l. *Nec merito nobis inimica merenti.* Non moratus Achillis Statii diſtinctionem, *Perfida, nec merito nobis inimica, merenti Perfida*, Synecdochen eſſe vult, ut *Vos O Calliope.* Virg. 9. Æn. In illis, *Præſente nobis.* Plaut. Amphit. *Præſente his, præſente legatis, præſente teſtibus*, apud autores Caſcos, *præſente* pro *coram* in Præpoſitionem degenerare arbitrantur nonnulli.

Appendix de Reciprocis.

Sui & *ſuus* reciproca adhibentur, 1 quoties tertia perſona reflectitur in caſum qui Verbum præceſſerat: ut *Verres dicebat multa ſibi opus eſſe, multa canibus ſuis.* Cic. 3. Verrin. *Pythius piſcatores ad ſe convocavit, & ab his petivit, ut ante ſuos hortulos poſtera die piſcarentur.* Cic. 3. Offic.

2 Aut ſi reſpiciunt caſum ſequentem, modò ejuſmodi ſit ſtructura, quæ in directum converti poſſit: ut, *Trahit* g *ſua quemque voluptas.* Virg. 2. Ecl.

Sicubi plures tertiæ Perſonæ concurrant, perſpicuitatis gratia, & ad ambiguitatem tollendam, aliud Relativum *ipſe, is, ille, iſte* loco reciproci uſurpari poteſt: *Omnes boni, quantum in ipſis fuit, occiderunt Cæſarem.* Cic. 2. Philip.

1 Neque enim in primam aut ſecundam ſit reciprocatio.

2 Juxta ordinem & legem præcedentis regulæ: ut, *Quiſque trahitur a voluptate ſua.*

g Et in his *ſuus* ferè ſignificat *proprius. ulciſcentur illum ſui mores* Cic. ad Attic. l. 9.

Suus cuique mos. Ter. Phorm. Eſt ubi Reciproca pro Relativis ponuntur. Sed exemplo malo: *Sis licet inde ſibi tellus placata leviſque.* Mart. 6. l. 52. Epigr. *Reſpite Laertem, ut jam ſua lumina condat.* Ovid. 1. Epiſt.

[h] Regimen.

h Impropriè tamen de plurimis dictum, quæ vi suâ & significatione hoc vel illo casu statuuntur, nec aliunde reguntur. In quibus significatio est eadem, constructio est eadem.

Præcognita.

Pronomina Nominum constructionem subeunt. Verba item, Participia, Adverbia & Interjectiones Nominibus consignificantia.

Derivativa fere Primitivorum, Comparativa & Superlativa, Positivorum suorum, Impersonalia Personalium, Passiva Activorum, Gerundia & Supina Activè significantia, casus Verborum suorum regunt, nisi siqua aliàs in regulis disertim excipiantur.

Nominativus.

i *Sum forem, fio, existo.*
k *Appellor, dicor, vocor, audio* pro *vocor, videor, habeor, existimor, inscribor, designor, creor, constituor*; aliaque fere omnia, præter *rogor, exoror, poscor, doceor.*
ὦ μεγαλοπρεπέστατε μόνος, ἢ μετ' ὀλίγων σὺ μόνος δίκαιος καλούμενε Synesius ad Aurelianum.
l *Eo, incedo, venio, cubo, sedeo, evado, fugio, dormio, somnio, maneo.*

Verba [i] Substantiva, [k] Passiva, & Verba [l] gestus Neutra in Nominativum transeunt; ut, *Fies de Rhetore Consul.* Juvenal. Sat. 7. *Esse puta ceras, licet hæc membrana vocetur.* Mart. 14. l. Epig. 186. *Ipse subtilis veterum judex & callidus audis.* Hor. 7. Sat. 1. l. *Salve primus omnium parens patriæ appellate.* Plin. 7. hist. c. 30. *Vindictâ postquam meus a prætore recessi.* Pers. 5. Sat. i. e. *mei juris. Venio in Senatum frequens.* Cic. de Senect. *Nec gregibus* [m] *nocturnus obambulat.* Virg. 3, Georg. de Lupo. *Nullus dixeris.* Ter. Hecyra.

Ex his Verba Substantiva, Verborum item Vocandi & existimandi Participia Passiva, numero aut genere cum [n] posteriore Supposito convenire reperiuntur: *Amantium iræ amoris redintegratio est.* Ter Andr. *Pectora percussit, pectus quoque robora fiunt.* Ovid. 11. Met. *Gens universa Veneti appellati.* Liv. 1. l. *Non enim omnis error stultitia dicendi est.* Cic. 2. de Divi. *Nunquam æque, inquit, ac modo paupertas mihi onus visum est, & miserum & grave.* Ter. Phorm.

m Adjectivi præsertim, ejusque Adverbialiter positi. *Lactea nomen habet* Ovid. 1. Met. i. e. Vocatur *lactea. Cui fecimus aurea nomen.* Metam. 15. l. 1. e. Cui inditum est nomen *aurea.* Nisi τεχνικῶς accipiantur *lactea* & *aurea.* n *Eoque Prædicato.* Quod & Relativo *Qui* usu venit. *Homines tuentur illum globum, quæ terra dicitur.* Cic. Somn. Scip. *Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur.* Salust. Catil. Neque hoc in Nominativis tantum. *Tum domicilia conjuncta, quas urbes dicimus.* Cic. pro Sextio.

En

2. *En* & *Ecce* Nominativum aut Accusativum adsciscunt: ut; *En Priamus*. Virg. 1. Æn. *Ecce nova turba atque rixa*. Cic in Verr. *En quatuor aras*. Virg. 5. Ecl. *Ecce autem alterum*. Ter, Eun.

3 O exultantis, collaudantis, aut etiam deridentis o Nominativo præponitur, ut, *O festus dies hominis!* Ter In Eun. *O vir fortis atque amicus*. Idem in Phorm. *O magnus posthac inimicis risus*. Hor. 2. Sat. 2, l.

Sic; *Heu pietas, heu prisca fides!* Virg 6. Æn.

In Nominativis *est*; in Accusativis *Video* ἐλλείπειν volunt. Adjicitur non rarò *tibi*. *Ecce tibi ejusmodi sortitio*. Cic. pro Cluentio.

o Vocativo frequentiùs, infra reg. 46.

In his, *Vos o Pompilius sanguis*, Hor. Epist. ad Pisones. *Vos ô Patricius sanguis*, Pers. 1. Sat. nil opus erit re sartâ tectâ per Enallagen, si resolvatur *O vos qui estis Patricius sanguis*.

Genitivus.

4 Substantivum aut Adjectivum p Substantivè positum regit Genitivum diversæ rei. ut, *Quem neque fortunæ temeritas, neque inimicorum labefactaret injuria*. Cic. Paradox. *Mirum me tenet urbis desiderium*. Cic. Epist. l. 2. *Crescit amor nummi*. Juven. 14. Sat. *Tantum cibi & potionis adhibendum*. Cic. de Sen. *Quantum quisque sua nummorum servat in arca, Tantum habet & fidei*. Juven. 3. Sat. *Qui hoc noctis solus ambulem*. Plaut. Amphitr. *Ab omni turbâ id temporis vacuus*. Cic. 5. Tusc. *Eum donari virtutis ergô* Cic. de opt: gen. orat. *Illius ergô Venimus* Virg. 6. Æn. *Virtutis* scil. & *Illius causâ* sive *gratia*, ut, χάριν Græcis. Est enim ab ἔργω.

p Cujus generis sunt, *hoc, id, multum, plus, plurimum, tantum, quantum, minus, minimum, summum, extremum, dimidium, ultimum, &c.* Namque illa *Telluris operta*. 6. Æn. *Opaca locorum*. *Amara curarum*. Hor. l. 4. Ode 12. *Cuncta terrarum*. Hor. 2. l. 1. Od. *Acuta belli*. Idem. l. 4. Ode 4. *Inania famæ*. Tacit. 2. Annal. *Incerta fortunæ*. Plin. 3. l. 19. Epist. *Ardua montium, lubrica vallium, Abdita rerum*. Hor. Ad Pisones, &c. poëtis, historicis & Africanis permittenda potius quam imitanda.

Genitivus possessoris eleganter in Adjectivum possessivum mutatur: ut, *Patris domus, paterna domus*. In possessione, Pronomina, *meus, tuus, suus, noster, vester*, usurpantur: ubi passio significatur, genitivi primitivorum, *mei, tui, sui, nostri, vestri*.

5 Prius Substantivum quandoque reticetur: 1 relationis: ut *Deiphobe Glauci*, scil. *filia*. 6. Æneid. *Hujus video Byrrhiam*. sc. *servum* 2 loci, sed sacri. *Ad Dianæ*. Ter. Adelph. *Ad Opis* Cic, 2. Philip. *Ante Castoris*. 6. Philip. sc. *ædem*. 3 Temporis: ut, *Tertio Calendarum*. sc. *die*. Subauditâ 4 *causa*: ut,

1 Πτολεμαῖος ὁ Λάγου. Pausanias in Atticis.

2 Ἀφικόμεθα εἰς ᾅδου. Plat, apologia. Es Τροφωνίου. Aristop. Nu.

4 *Gratiâ* aut, *ratione*, ut Græcis ἕνεκα & χάριν.

Ius jurandum rei ſervandæ, non perdendæ conditum eſt. Plaut. in Rudente. *Cum ille ſe cuſtodiæ dicere in caſtris remanſiſſe.* Cic. 2. de Oratore. *Rem omnem aperit, cujus mittebantur.* Saluſt. Catil. 5 Pronominis denique Primitivi in Poſſeſſivo incluſi: ut, *Solius enim meum peccatum corrigi non poteſt.* Cic. ad Articum, l. 2. *Tuum hominis ſimplicis pectus vidimus.* Idem. Philip. 2. *Et fleſti & 9 noſtros vidiſti fletis ocellos.* Ovid. Epiſt. Oenones. *Qui veſtris paucorum reſpondeat laudibus.* Brutus. 7. Epiſt. ad Cicer.

5 *Mei, tui, ſui, noſtri, veſtri.*

9 Synecdoche numeri. *Meos, mei, fienti.*

6. *Sum* quoties r poſſeſſionem, t proprietatem aut officium ſignificat, Genitivum poſtulat: *Cujum pecus? an r Meliboei?* Virg. 3. Ecl. *Iam me Pompeij totum eſſe ſcis.* Cic. Epiſt. 13. l. 2. t *Boni paſtoris eſt tondere pecus, non deglubere.* Sueton. in Tiberio c. 31.

r Sed & hîc Ellipſis eſt, ſupplend. n. *An eſt pecus Meliboei?*

ſ *Munus, proprium, aut officium* intelligitur, quod aliquando exprimitur. Cic. 5. Tuſc. *Sapientis eſt proprium.* unde Excipiuntur *meum, tuum, ſuum, noſtrum, veſtrum, humanum, bellicum.* Expreſſit Terentius: *Tuum eſt officium.* in Andria,

t Nomen aut Verbum. Verum hoc cum delectu judicio & autoritate. Neque enim indifferenter in alterutro caſu efferuntur.

7. t Subſtantivum admittit Genitivum aut Ablativum u Subſtantivi, cui accedit Adjectivum x qualitatem denotans: ut, *Eſt res ſane magni conſilij.* Plin. 2. l. 3. *Tam nulli conſilij ſum.* Ter. Andr. *Non multi cibi hoſpitem accipies, ſed multi joci.* Cic. Epiſt. ult. l. 9. *Ingenui vultus puer.* Juvenal. 11. Sat. *Homo antiquæ virtute & fide.* Ter. Adelph. *Bono animo eſto.* ibid. *Quam tenui fuit, aut nullâ potius valetudine.* Cic. de Senect. *ſto melioris valetudinis.* Quintil. *ut, ſit ampliſſimi corporis, cervice validâ,* &c. Columel. 6. l. 37. c. *Homo bonæ frugis* dixerunt Agellius & Apul. Plautus verò & alii, etiam melioris ævi, *frugi bonæ,* eliſa s. ut quidam cenſent. Qui Dativum eſſe contendunt a Verbo Subſtantivo regi volunt, ut in illo Terentii in Adelph. *Si illum poteſt, qui alicui rei eſt, etiam ad nequitiam abducere.* & Plaut. in Sticho. *Nulli rei erimus peſſimi.* Quid ſi ſubintelligamus *deditus, utilis, idoneus,* aut aliud ſimile?

u Interdum & quantitatem, quam ad laudem ſæpe vel vituperium extendit. In illo Horatii, Ode. 13. l. 3. *Fies nobilium tu quoque fontium,* ἐμεῖς ὀλίγοι vel *e numero illi* σὺ δὲ τῶν τυχόντων ὕδωρ πίνων. Xenoph. 2. Memorabilium. Sic. Hor. 7. Sat. 1. l. *Operum hæc mihi crede tuorum eſt.*

8 y Partitiva & Partitivè poſita, Comparativa, Superlativa, Interrogativa & quædam Numeralia z Genitivo a Plurali gaudent: ut, *Quorum alter te ſcientiâ augere poteſt*, Cic. 1. Offic. *Quarum quæ media eſt, non eſt habitabilis æſtu*, Ovid. 1. Met. *Pacis eras mediuſque belli.* Hor. 2. l. 19. Ode. *Sequimur te ſancte Deorum, quiſquis es.* Virg. 4. Æn. *O major juvenum*, Hor. Epiſt. ad Piſones. *Omnium non bipedum ſolum, ſed* b *quadrupedum impuriſſimo.* Cic. pro domo ſuâ. *Quotuſquiſque Philoſophorum invenitur?* Cic. 2. Tuſc. *Octoginta Macedonum interfecerunt.* Curt. 8. *Sapientum octavus.* Hor. Sat. 3. l. 2, *Multæ iſtarum arborum*, Cic. de Senect. *Partim ſum earum exactus.* Ter. Adel. prol. *Eorum partim in pompa, partim in acie illuſtres eſſe voluerunt* Cic. 2. Offic.

y *Aliquis, alius, alter, uter, neuter, uterque, ullus, nullus, ſolus, quiſque, quicunq;, quidam, quilibet, quiſpiam, unuſquiſque, multi, pauci, omnes, partim.* Adverb.

z Quorum pleraque genere conſentiunt, non nulla tamen cum ſuppoſito: ut, *Indus qui eſt omnium fluminum maximus.* Cic. 2. de Natura Deorum. *Leo animalium fortiſſimus* Plin. a Singulari etiam collectivi nominis *Quem unum noſtræ civitatis præſtantiſſimum audeo dicere.* Cic. de Amicitia. *Nympharum ſanguinis una.* Virg. 1. Æn.

b Ita Comparata poſſunt eſſe diverſæ ſpeciei, adeoque antithetæ, Sic. Mart. Epig. 36 l. 12. *Optimus malorum. Habet avunculum C. Septitium, quo nihil verius, nihil ſimplicius, nihil candidius, nihil fidelius novi.* Plin. 2. l. 9. Epiſt. *Ultima rerum*, Lucan. 10. *Summa navium.* Tacit. l. 19. de his ſupra. *Dulciſſime rerum*, Hor. Sat. 9. l. 1. *Pulcherrime rerum.* Ovid Epiſt. Phædræ. quod & Idem de Seipſo, ſui interpres; *Sic ego ſum rerum non ultima, Sexte, tuarum.* de Ponto. l. 4. El. 1.

9 Adjectiva quæ c cupiditatem, d ſcientiam, e curam, metum atque iis contraria ſignificant, Genitivum adſciſcunt: ut, *Quòd cum cupidum rerum novarum, cupidum imperij cognoverat.* Cæſ. 5. bel. Gal. *Præter laudem nullius avarus.* Hor. Epiſt. ad Piſones. *Iuris, literarum & antiquitatis peritus.* Cic. in Bruto. *Muſa lyræ ſolers*, Hor. ad Piſones *Docilis modorum.* Hor. 4. l. 6. Ode. *Neſcia mens hominum fati ſortiſque futuræ.* Virg. l. 10. *Divinaſu-*

c *Cupidus, avidus avarus, ſtudioſus, candidatus.*

d *Peritus, gnarus, prudens, callidus, ſolers providus, docilis, præſcius, præſagus, divinus, certus, non incautus, imperitus, imprudens, ignarus, rudis, neſcius, inſcius, incertus, cæcus, devius, dubius, anxius. Certiorem te facium conſilij noſtri.* Cic. 3. ad Atticum. Epi. 10. *De tota cauſa*, ibid. *Non ſum id neſcius.* 13. l. ad Atticum i. e. Non neſcio id.

e *Solicitus, anxius, curioſus, ſecurus, incurioſus, ſocors, incautus*, uſurpantur & cum Præpoſitione. *De verbis ſolicitus*, Quintil. 8. l. *Securos a metu ſonnos.* Sen. de vit. beat. *Suam vitam anxios.* Liv. *Solicitis vicem Imperatoris*, Ellipſis eſt *ob* vel *propter. Timidus, trepidus, pavidus, imparidus.*

tuæ.

turi. Hor. Epist. ad Pisones, *Imprudens harum rerum, ignarusque omnium.* Ter. Eun. *Certus fugæ.* Plin 6, l. Epi. 16. *Rudis agminum.* Hor. 3. l. 2. Ode. *Futuri anxius.* Sen. 98. Epist. *Securus tam parvæ observationis.* Quintil l. 8. c. 3. *Animalia lucis timida.* Sen. de vita beata. *Nolim cæterarum rerum te socordem.* Ter. Adelph. *Cautus nimium, timidúsque procellæ.* Hor. ad Pisones.

10. Verbalia in [f] *ax*, & Participialia quædam Præsentis & Præteriti temporis Genitivum postulant: ut, *Tempus edax rerum.* Ovid. 15. Met. *Ficti pravique tenax.* Virg. 4. *Sanctius his animal, mentisque capacius altæ.* Ovid. 1. Met. *Propositi tenacem.* Hor. 3. l. 3. Od. *Corpus* [g] *patiens inediæ, algoris, vigiliæ,* Sal. Catil. *Casuum pavens.* Sen. de vit. beat. 15. c. *Alieni appetens, sui profusus.* Salust. Catil. *Cupiens tui.* Ter. Hecyra. *Insanientis dum sapientiæ* [h] *consultus erro.* Hor l 1. Ode. 34. *Metuens alterius viri.* Idem. 3. l. 24, Ode. *Insolens malarum artium.* Salust. Catil. *Pars insolita rerum bellicarum,* Jug. *Indoctúsque pilæ, discíve, trochíve quiescit.* Hor. Epist. ad Pisones. *Homo est alieni abstinentissimus, sui diligens.* Plin. 6. l. Epist 6. *Non studiorum tantùm verùm etiam studiosiorum amantissimus,* Plin. 6. l. Epist. 6. *Servantissimus æqui.* Virg. 2. Æn. *Lyræ Musa potens.* Hor. 1. l. 6. Ode.

Sic *Compos, impos, consors, exors, particeps* Genitivo gaudent; ut, *Herum faciet libertatis compotem.* Plaut. Cap. *Quæ sui est impos animi.* Casin. *Neque ego ullius consilij particeps.* Cic. ad Attic. 7 l. 19. epist. *Se omnis culpæ exortem, omnis eventus participem fore* Liv. 2. l.

11. *Satago, misereor,* * *miseresco, miseret, miserescit, pœni-*

f *Edax, capax, ferax, fugax, sagax, rapax, tenax, pertinax, spernax, petax.* Plin. tamen *Villa usibus capax.* 17. Epist. l. 2. Ovid. *Animi ad præcepta capacis.* Met. 8.

g Item *cupiens, experiens, sitiens amans, negligens, metuens, observans reverentior, sciens insolens, servantissimus.*

h *Eruditus, expertus, consultus, insuetus contumeliæ, insolitus.* Aliaque non pauca, quæ vel Adjectivorum naturam induunt ex cognatâ significatione scientiæ, cupiditatis curæ, metus, aut contrar: vel Græcam sapiunt constructionem; de quibus infra, reg. 16.

* Ut ἔμμορος, ἄμμορος, μετέχων, θνητῶν ἀγαθῶν τετυχότες. Luci. Menip. Ovidii illud; *Participem studiis Cæsar habere solet.* 2. de Ponto 5. eleg. in correctioribus edit. habetur, *Participem studii.*

* *Miseror* tamen transit in Accusativum. *Commune periculum miserabantur.* Cæs. 1. bel. Gall. *Troiæ miserate labores.* Virg. 6. Æn. *Commisereatur interitum ejus.* Agell. l. 7. c. 5.

tet,

tet, tædet, pudet, piget. Genitivum admittunt: ut, *Rerum ſuarum ſatagit.* Ter. Heaut. *Miſerere laborum Tantorum, miſerere animi non digna ferentis.* Virg. 2. Æn. *Arcady miſereſcite regis.* 8. Æn. *Nemnis miſereri certum eſt, quia mei miſeret neminem.* Plaut. Captiv. i *Senectutis enim ſuæ non pœniteret.* Cic de Senect. *Tædet omnes nos vitæ.* Cic. ad Atticum. l. 5. *Fratris me quidem pudet pigetque.* Ter. Adelph. *Si non pertæſum thalami tedæque fuiſſet.* Virg. 4. Æn. *Lentitudinis eorum pertæſa.* Tacit. 15. l. Et Accuſativum. *Pertæſus * ignaviam ſuam.* Sueton. in Jul. Cæſ. *Pertæſus morum * perverſitatem.* Idem in Auguſt.

i Impersonalibus hiſce Accuſativus eſt pro Nominativo Perſonalium quæ exoleverunt. juſta enim conſtructio fuerat: *Ille non pœniteret, ſua ſenectutis.*

* *Miſereſce malù.* Dixit Boethius. Sed ſequioris ævi autor.

12. *Intereſt* & *refert* Genitivum ſibi ſubjiciant, perſonæ ut plurimùm; exceptis *Meâ, tuâ, ſuâ, noſtrâ, veſtrâ, cujâ:* ut *faciendum aliquid, quod illorum magis, quam ſuâ retuliſſe videretur.* Saluſt. Jugurth. Vel etiam k rei. *Plurimum refert compoſitionis, quæ quibus anteponas.* Quintil. l. 9. c. 9. aut etiam || æſtimationis. ut, *Magni intereſt ad decus & laudem civitatis.* Cic, ad Atticum. l. 14.

In illo Terentii. *Menedemi vicem miſeret me.* in Heaut. Ellipſis eſt *ob* vel *propter vicem.*

* Participium uſitatiùs regit accuſativum, Impersonale genitivum.

k Unde & componi videtur *refert.*

13 Verba l æſtimandi m Genitivum æſtimationis admittunt; ut, *Pluris eſt oculatus teſtis unus, quàm auriti decem.* Plaut. Truculent. *Omnes unius æſtimemus aſſis.* Catull. 5, Epig. *Tu ſortaſſe quid me fiet, parvi pendis.* Ter. Heaut. *Meritò te ſemper maximi feci.* Ter. Andr. Eleganter dicitur; *Æqui boni facio, &, æqui conſulo. Iſthuc Chreme, æqui bonique facio.* Ter Heaut. *Quicquid accidit, boni conſulant, in bonum vertant.* Sen. de Providentia.

|| *Tanti quanti magni, permagni, parvi, pluru.*

Cætera explicantur per Adverbia *Multùm, plurimùm, parùm, minimum, paululum, infinitum, vehementer, quantum, tantum, multum, nihil* & alia.

l *Æſtimo, pendo, habeo, facio, duco,* eſt pro *æſtimatur, putat.*

m *Tanti quanti, magni, maximi, parvi, minoris minimi, pluris, plurimi, nihili, flocci, pili, nauci, aſſis, hujus, teruncii.*

Dicitur etiam, *Pro nihilo habeo, duco, puto,*

Data magno æſtimas, accepta parvo. Sen. 3. de Ira. c, 32. vide reg. 49,

14 Adjectiva [n] reatus & Verba [o] accuſandi, damnandi & abſolvendi Genitivum poſtulant, qui crimen ſignificet, aut etiam pœnam. quædam ex his Ablativum cum vel ſine præpoſitione *De*: ut; *Mens ſibi conſcia recti.* Virg. 1. Æn, Et Dativum. *Conſcium illi facinori fuiſſe arbitrabantur.* Cic. pro Cluentio. *Voti reus.* Virg. 5. Æn. *Nunci reus erat apud Craſſum divitem Vectius de vi.* Cic. ad Attic. 2. l. Epiſt. 24. *Hujus affines ſuſpicionis.* Cic. pro Sylla. Et Dativum. *Huic affines ſceleri.* Idem. *Manifeſtus tanti ſceleris* Saluſt. Jugurth. *populares conjurationis*, Idem in Catil. *Nullius ante flagitij compertum.* Tacit. 4. & *Capitis minor.* Hor. 3. l. 5. Ode. *Nomine negligentiæ ſaſpectum.* Cic. 1. Ep. 2. l. *Aliquot matronas apud pop. probri accuſarunt.* Liv. 5. bel. Punic. *Vt me accuſare de Epiſtolarum negligentia poſſis.* Cic. 1. ad Attic. *Cum eo Actius egit injuriarum.* Autor ad Herennium. *Sceleris condemnat generum ſuum.* Cic. Epiſt. 14. l. *Animos quaſi capite damnatos morte mulctant.* 1. Tuſc. *Damnaverentur ipſi votorum* Liv. l. 7. *Damnabis tu quoque votis.* Vir. 5. Ecl.

Damnatus longi laboris. Hor. 2. l. 14. Od. *Morbi miror te purgatum illius.* Hor. 3. Sat. 2. l. *Atque hunc ille vir ſummus ſcelere ſolutum periculo liberavit.* Cic. pro Milone. *De prævaricatione a tribunis ærarij abſolutus.* Cic. 2. l. ad Quin. Fratr. *Plecti capite.* Marcel. Pandect. 48. *Punire capite.* Martial. l. 6. Epig. 26.

n *Reus, conſcius, manifeſtus affinis, popularis, compertus, innoxius, inſons, purus, ſuſpectus.*

o *Accuſo, ago appello, arceſſo, arguo alligo, aſtringo, defero, incuſo, infamo, inſimulo, poſtulo, convinco, damno, teneor, condemno, ſolvo, abſolvo, libero, purgo,* Genitivum admittunt Criminis aut pœnæ. quem alia ex his in Ablativo etiam efferunt, præmiſſa *De*, vel omiſſa, præſertim ſi generale nomen *Crimen, peccatum, ſcelus,* Sequatur, Non ita, *corripio, reprehendo, vitupero, culpo, noto, mulcto, increpo, excuſo, traduco, ſuggillo.*

Dixeris potius, *Reprehendo illius negligentiam.* Licet Suetonius in Caligula habeat, *Admiſſa ſingulos increpans.* Et Agellius. l. 4. c. 12. *Impoſitia notabatur.*

g *Regulus capite diminutus: abalienatus ſc. jure civium, captivus, & in poteſtate hoſtium.* Quod de Domitio dixit Curio apud Cæſ. 2. bell. Civ. qui captus in alienam veniſſet poteſtatem.

Uter, nullus, alter, neuter, alius, ambo & Superlativus gradus, non niſi in Ablativo id genus Verbis ſubduntur.

h *Reminiſcor, obliviſcor, recordor memini, venio in mentem, Admoneo, commoneo, commonefacio.* i *Memor, immemor.*

15 Memoriæ [h] & oblivionis verba Genitivum aut Accuſativum deſiderant; [i] Adjectiva [k] Genitivum

k Genitivum tam perſonæ, quam rei; ſed Accuſativum tantum rei.

tantum;

tantùm, ut, *Vive memor lethi.* Perſ. 5. Sat. *Reminiſceretur & veteris incommodi populi. R. & priſtinæ virtutis Helvetiorum.* Cæſ. 1. bell. Gal. *Dulces moriens reminiſcitur Argos.* Virg. 10. Æn. *Hujus meriti in me recordor.* Cic. pro Planco. *Puerilitæ memoriam recordari ultimam.* Cic. pro Archia. *Oblituſve ſui eſt Ithacus.* Virg. 3. Æn. *Hinc jam oblivi ſcere Grajos.* Ibid. *Faciam ut hujus loci, dieique meique ſemper memineris.* Ter. Eun. *Numeros memini, ſi verba tenerem.* Virg. 9. Ecl. [1] *De quibus multi meminerunt.* Quintil. 11. l. c. 2. *Neque omnino hujus rei ſemper meminit uſquam poeta ipſe.* Ib. *Vt vos judicetis hujus rei atque actionis in mentem majoribus noſtris non veniſſe.* Cic. pro Cecina. *Non minus ſæpe ei venit in mentem poteſtatis quam æquitatis tuæ.* pro Quintio. *Qui admonerent eum* * *Fœderis Romani.* Liv. 45.

1 *Memini* pro *mentionem facio* regit Ablativum cum præpoſitione, De aut etiam Genitivum. Μνησθήσομαι δὲ μικρᾶς παρεμβάσεως. Polyb. 12. l. Μεμνῆσθαι τῶν Λεξοδύναις καὶ Αλκαίῳ. Laert in Thalete. *In mentem venit de ſpecu,* Plaut. Moſtell.

* *De quo vos paulo ante invitus admonui.* Cic. pro lege Manilia. *Illud me præclare admonet.* 9. Epiſt. 11. l. ad Atticum. adi. reg. 43. m Λῆμα ἐεικοσόρον Hom. Il. a. λαὸς. Ibid.

In illis *Egregius facti, impiger militiæ, ferox ſcelerum, pervicax ætas, fatigationu ſanctus, poſtliuma ſpei fatigatus, fortibus ævi, ævi maturus, inglorius militiæ, feſſus belli, laſſus viarum, integer vitæ, judicii rectus, ſeri ſtudiorum, laudis feſtinus, invictus laborum, trepidæ rerum, feſſus rerum, frugalitatis continentiæque maxime admirandum,* Et ſimilibus, quæ apud poëtas, hiſtoricos, exoticos idiomatis Hiſpani aut Africani quiddam ſapientes, Caſcos item & Sequioris ævi autores legere eſt. per Ellipſim τῶν cauſa gratiâ, ratione, efferuntur, aut etiam Helleniſmum, uti in his quæ ſequuntur.

16 m *Deſine mollium querelarum.* Hor. l. 2. Ode. 9. *Tempus deſiſtere pugnæ.* Virg. 10. Æn. n *Abſtineto irarum calidæque rixæ.* Hor. 3. l. Ode. 27. *Abſtinens ducentis ad ſe cuncta pecuniæ.* Idem. 4. l. 9. Ode. o *Regnavit populorum.* Ode. 30. 3. l. p *Iuſtitiæne prius mirer, belline laborum.* Vir. 11. Æn.

Ἀνῆκε θρήνου. Laert in Theophraſto. Οὐδὲ πῶς ἐλέπετ' ἐορτῆς Muſæus. Ἐπαύσατο δακρύων. Plato in Phædone. Ἐλάφησεν φόνου. Sophocl. in Ajace. n Οἴνου ἀπέχου. Ariſtoph. Nubes. πίνειν ἀπέχεσθαι. Ariſtot. Eth. 1. ὃς Πάντων Ἀργείων ἤρχετέν. Hom. Il. a. o Θηβῶν ἐβασίλευσε. Iſocr. Helen. Σαλαμινίων πυράννειν. Iſocr. Nicocl. p Ἐθάνμασα τῆς παρηγύρεις συναγαγόντων Iſocr. Paneg.

q *Suc-*

q Successorúmque Minervæ Indoluit. Ovid. 11. Met. r Paternum servum sui participat consilij. Plaut. Cistel. s Virginitatis interfectæ curant. Apul.l.5. t Dulci u laborum decipitur sono. Hor. l.2. Ode.13. Nec sermonis fallebat tamen. Plaut. Epidic. x Neque illi sepositi ciceris nec longæ invidit avenæ. Hor. Sat.6. l. 2. Dignus est omni malo, y qui erubescit fortunæ. Curt.5. z Fastidit mei. Plaut. Aul. Nec a studeat tui. Vetus poëta apud Cic. 3. de Natura Deorum. b Regni Laius rapti furit. Senec. in Thebaide. Neque hujus sis veritus fœminæ primariæ. Ter. Phorm. Erras ac frustra animi es. Apul. Apolog. Ingratus salutis Virg.10.Æn.

q Κακῶν σῶν ςένω. Euripid. Phœniss.
t Μεταχόντι τῆς ἁρπαγῆς. Isocr. Helen. Encom. Μετέχον φόνου. Eurip. Orest.
s Κήδετο γὰρ Δαναῶν. Iliad.α τὸν ἑτέρου ἐπιμελούμενον Epi. 18.c. σοῦ δ' οὐ φροντῶ. Aristoph. Nub. σέθεν δ' οὐκ ἀλεγίζω, οὐδ' ὄθομαι κοτέοντος. Hom. Iliad.α. τῆς δόξης μέλειν. Plato in Critone. & Archaicè Dativum. t Διαμαρτάνω τῆς δόξης. Isocr. ad Dæmo. ἐμοὶ τῶν δὲ ἀποσφαλέντι. Xenoph.5. Cyripæd. πταίων τῆς ἐλπίδος. Herodian. 8, l. u Legitur & laborem.

x Φθονῶ σοί τοῦ θανάτου, καὶ γὰρ ἐμοί σου τῆς σαυτοῦ σωτηρίας ἐφθόνησας. Plutarchi Cæsar. Βιότοιο μεγήρας. Hom. Iliad, v. τῶν μειζόνων ἀγαθῶν ἡμῖν ἐνεμέσησε. Lucian.

y i.e, quem pudet (Archaicè, qui pudet) fortunæ.

z Ἀνορεκτεῖ μου, ab ὀρέγομαι, quod genitivo gaudet. καταπτύσειε ἂν τὶς τῶν πατέρων ἐνίων. Plutarch. Pædag. a Ita σπουδάζω ἱμείρω. ἔλδομαι. b Causa ἕνεκα vel περί.

17 Adverbia [c] loci & [d] temporis Genitivum post se recipiunt: ut, Commigravit * huc viciniæ. Ter. Andr. Nusquam invenio gentium. Ter. Adelph. Ubicunque locorum Vivitis. Hor. 3. Epist. 1.l. Ubi terrarum. Cic. pro Rabirio. Eò magnitudinis procederent. Salust. Jugurth. Interea loci te cognovi Ter. Eun. Pridie ejus diei. Cæs.1.bel.Gal. Postridie ejus diei. 5.l; bel. Gal.

c Ubi, ubinam, ubicunque, ubivis, nusquam, eò, quò, huc, huccine,
* Vulgo legitur huic :Sed & in Phorm. legitur Hic Viciniæ. Terrarum fere, aut gentium.

πλεονάζει. πῶ σοί τύχης ἔςηκεν; Soph. in Ajace. Πολλαχοῦ τῆς γῆς. Democr. Epist. ut & in Minimè gentium. Ter. Adelph.

d Nunc, tunc, interea, pridiè, postridiè.

Dativus

Dativi.

Nomina & verba Dativum poſcunt rei aut perſonæ, [e] cui aliquid acquiritur, aut [f] adimitur; ut, [g] *Urbi pater eſt, urbique maritus.* Lucan. 2. l. *Tu decus omne tuis.* Virg. 5. Ecl. *Inſigne mœſtis præſidium reis.* Hor. 2. l. 1. Od. *Scenis decora alta futuris.* Virg. 4 Æn. *Bona bello Cornus.* Virg. 4. Georg. *Diis magnas meritò gratias habeo atque ago.* Ter. Phorm. *Non rete accipitri tenditur neque milvio.* ibid. *Antemeridianis tuis literis heri ſtatim reſcripſi, nunc reſpondebo veſpertinis.* Cic. 13. ad Attic. *Si quid peccat Demea, mihi peccat.* Ter. Adelph. *Quid faceret huic concluſioni?* Cic pro Cecina. *Non ſibi, ſed toti natum ſe credere mundo.* Lucan. 2. l.

e Quam noſtrati, ut plurimum, linguâ præit particula, *to* vel *for*.

f Verum de verbis adimendi, adi reg. 37, & 54. *Regio hoſtibus ignara*, paſſivè pro *ignota*, Salluſt. Jugurth.

g Pro Genitivo poni autumant quidam, Alii regi a Verbo adjuncto. *Mihi tibi ſibi familiariter quandoque* redundant, *ſuo ſibi hunc jugulo gladio.* Ter. Adelph. *Quid mihi Celſus agit,* Hor. 1. l. 3 Epiſt.

Hujus generis ſunt Adjectiva & Verba,

19 Commodi aut incommodi: ut, *Nec commoda Baccho.* Virg. 4. Georg. *Infirmo capiti fluit utilis.* Hor. 16. Epiſt. 1. l. *Sis bonus o felixque tuis.* Virg. 5. Eclog. *Quod bene verteret ipſi reique publicæ.* Liv. 3. *Ne cum illis nocere ſe ſperat, Reſp. noceat.* Cæſ. 1. bel. Civ. *Dij tibi malefaciant.* Ter. Phorm. *Ut meo dolori ſatisfacerem.* Plin. 3. l. 10. Epiſt.

Commodus, utilis, bonus, felix, proſper, ſalutaris: incommodus, inutilis, malus, infelix, exitioſus, perniciоſus, lethalis, damnoſus, perniculoſus. Commodo, proficio. Incommodo, noceo, officio, compoſita cum *bene* & *male*: adde *Satis. Juvo* tamen *adjuvo, lædo, offendo,* in Accuſativum tranſeunt, utpote Activa. Plaut. in Milite, *Jura te non noſciturum eſſe hominem de hac re neminem.* Helleniſm. Βλάπτειν τοὺς ἐξαπατῶντας. Iſocr. in Buſiride.

20 Quæ [h] voluptatem & dolorem ſignificant dativo gaudent; ut, *Populus Alcidæ gratiſſima, vitis Iacchо.* Virg. 7. Ecl. *Gratus ſummis, infimis jucundus.* Cic. 13. Epiſt. l. 2. *Turba gravis paci.* Mart.

h *Dulcis, gratus, jucundus, amarus acerbus, ingratus, injucundus, moleſtus, gravis.*

Placeo, ſedeo pro *placeo, diſpliceo, doleo,* quod & Accuſativum admittit rei. *Tu tua damna dole.* Ovid.

4. Specta-

4. Spectacul. *Sed nec mihi placuit, neque cuique tuorum.* Cic. Epiſt. 3. l. 2. *Tibi, quia ſupereſt, dolet.* Ter. Phorm. *Quæ ſimplex olim tibi ſederit;* Hor. Sat. 2. l. *Si fur diſpliceat Verri.* Juven. 2. Sat.

21 Quæ [i] auxilium favorem atque his contraria ſignificant, dativum adſciſcunt; ut, *Minime amici noſtro Pompeio eſſe debetis.* Cic. 7. ad Atticum. 15. Epiſt. *Intimus erat in tribunatu Clodio.* Cic. 2. Philip. *Charæ mihi ante alias.* Virg. 11. Æn. *Foris ſapere, tibi non poſſe auxiliarier.* Ter. Heaut. *Cui vulneri mederi.* Cic. ad Attic. 3. l. 12. Epiſt. *Favere & ſtudere Helvetijs.* Cæſ. 1. bel Gal. *Me indoctis patrocinari arbitramini?* Ter. Heaut. *Nihil parcant ſeni.* Ter. Phor. *Tibi gratulor.* Cic. Epiſt. 16. l. 5. Virg. Æn. 4. Idem. 5. Æn, cum Accuſativo, *Gratatur reduces. Iuvat indulgere [k] labori.* 6. Æn. *Quin tu in eare mihi adverſatrix fueris, Soſtrata,* Ter. Heaut. *Meæ autoritati fautrix.* Ter. Hecyr. prol. *Rei, ſaluti famæ meæ præſto futurum.*

[i] *Amicus, benevolus, benignus, blandus, charus, familiaris, intimus, ſocius, propitius, ſecundus, præſto, inimicus, infeſtus, infenſus, odioſus, invifus. Auxilior, opitulor opem fero, ſubvenio, patrocinor, medeor, faveo, grator, gratulor, parco, indulgeo, conſulo, ſtudeo.* reg. 56.

Cicero pro Cælio. *Inimiciſſimus illius ſceleris.*

[k] Archaicè Ter. Eun. *Nimis me indulgeo,* & *Niſi eam parſit.* Plaut. Cucul. *Parce metu.* Virg. 1. Æn. Vide declinationem quartam.

22 Adjectiva ſimilitudinis & diſſimilitudinis, *communis* item *proprius* & *ſuperſtes* dativo uſitatius, nonnunquam & Genitivo adjunguntur. *Par levibus ventis volucrique ſimillima ſomno.* Virg. 2. & 6. Æn. *Illud vero geminum conſilijs Catilinæ.* Cic. in Piſon. *Invitum qui ſervat, idem facit occidenti.* Hor. Epiſt. ad Piſones. *Qui color albus erat, nunc eſt contrarius albo.* Ovid. 2 Met. *Quod mihi tecum commune eſt.* Cic. De Senect. *Quod [l] illi cauſæ maxime eſt alienum.* Cic. pro Cecina. *Cæſari proprium, clementia inſigne.* Plin. 7. l. 25. c. *Superſtes dignitati ſuæ vixit.* Flor. 4. l. *Concors ſibi.* Sen. de vita beata. *Domini ſimilis et.* Ter. Eun. *Neque aliena conſilij,* Saluſt. Catil. *Quem metuis par hujus erat.* Lucan. 10. l. *Ejus fere æquali.*

Similis, par æmulus, æquus, æqualis geminus germanus, idem. Compoſita quædam ex *Con*; *concors, coævus, contaneus, conſentaneus, cognatus,* &c. *Diſſimilis, diſpar diverſus, alienus, alius, contrarius, inæqualis, iniquus*

[l] Uſitatius tamen in Ablativo *Abſurdum atque alienum a vita mea.* Ter. Adelph. & omiſſâ præpoſitione. *Alienum ſuâ majeſtate.* Cic. 1. de Divin. Sic *ſpecies alias veris capiet,* Hor. l. 2. Sat. 3. *Neve putes alium ſapiente bonoque beatum.* l. 1. Epiſt. 16.

Cic.

Cic. 4. de Finibus. *Se amu'um mearum laudum extitiſſe.* Cic. 2. Philip. *Superſties omnium rerum.* Quintil. proœm. 5. l. *Commune omnium animantium.* Cic. 1. Offic.

23. Verba Comparandi dativum requirunt; ut, *Sic parvis componere magna ſolebam.* Virg. 1. Ecl. *Fratri ſe operibus & dignatione adequavit.* Suetonii Domitianus. *Viridiſque certat bacca Venafro.* Hor. 6. Ode. 2. l. *Non qui Sidonio contendere callidus oſtro Neſcit Aquinatem potantia vellera ſuccum.* Idem. 10. Epiſt. 1. l.

Compono, comparo, confero, aquo, adaquo, aquiparo, contendo, æquivalere, certo pro comparo.

24 Quæ m aptitudinem ſignificant, aut contra Dativum ſibi adaptant; ut, *Si facis, ut patriæ ſit idoneus, utilis agro.* Juven. 14. Sat. *Nec pecori opportuna seges.* Virg. 4. Georg. *Aut gemmas aptent capiti.* Petronius.

Admittunt & Præpoſitiones cum caſibus ſuis: *Si ad eum cõparatur nihil eſt Conferam avunculum tuum cum C. Gracho.* Cic. 4. de Finib.

Interdum & Accuſativum admittunt cum Præpoſitione *ad*; ut, *Quamvis eſſent habiles & apti ad pedem.* Cic. 1. de Oratore. *Ad majorem navium multitudinem apti portus.* Cæſ. 4 bel. Gal.

m *Aptus, idoneus habilis, opportunus ineptus, congruus. Apto.* E λλειπτι quandoque Adjectivum regens: *Malum vero quod eſt eſu.* Macrob. l. 3. Saturn. c. 19. *Qui oneri ferendo eſſent.* Liv. l. 2. *Quæ reſtinguendo ignis ſerent.* l. 30. ſc. par, idoneus, habilis *Vicinus, propinquus, propior, proximus, finitimus, confinis, contermi nus, contiguus. Propinquo* etiam; ſed Poëticè. *Facilis, mitis, obvius, pervius, pervius, perdis, obviam.*

25 Propinquitatis Adjectiva Dativo gaudent, ut *Mantua væ miſeræ, nimium vicina Cremonæ.* Virg. 9. Ecl. *Res virtuti propiores.* Cic. 2. de Offic. *Veritati proximam imaginem reddant.* Quintil 2. l. 10. c. *Contermina Indis gens.* Plin. l. 12. c. 8. *Iumque propinquabam portis.* Vir. 2. Æn. *Ripæ propinquat.* 10. Æn.

26 Quæ Facilitatem ſignificant & contra, Dativum volunt; ut, *Inimicis mitis & facilis.* Sen. de vita beat. *Obvius huic primum fatis adductus iniquis Fit Lagus.* Vir. 10. Æn. *Nil mortalibus arduum eſt* Hor. 1. l. 3. Ode. *Invia virtuti nulla eſt via.* Ovid. 14. Met. *Fratri ædes fient pervie.* Ter. Adelph. *Certe peccare licet nemini.* Cic. Paradox. *Si libitum tibi erit. Tam primum ſuperbiæ nobilitatis obviam itum eſt.* Saluſt. Jugurth.

ſpicuus, dubius, difficilis, durus, arduus, invius, laborioſus libet, licet, liquet, expe-

Præceps tamen *ad iram, pronus adverſus, proclivis a labore ad lubidinem.*

fidelis, fidus, credulus, infidus, malefidus. Sed Virg. 12. Æn. *Regina tui fidissima.* *Credo, fido, diffido, fidem habeo, confido.* Cui & Ablativum non raro Subjicit Cæsar; *Nostri virtute confiderent.* 7. bel. Gal. &, *Munitione fossæ.* 1 bel Civ. *Anni tempore confisa.* 3. bel Ga. *Iam fidere terrâ:* Vir. 7. Æn.

n *Supplex, morigerus, dicto audiens, obnoxius, rebellis, pugnax, adversus, Pares, obedio, obsequor, obtempero, morem gero, gero, morigeror, servio, famulor, ancillor, velificor, blandior, adulor, assentior, palpo, repugno, pugno, certo, resisto, adversor, luctor, reluctor, refragor, reclamo,* in Dativ. transe.

o Sic *magno bellare potenti,* dixit Statius. 8. l. Sed Græca fide. Λιμῷ μαχέσασι. Ἡσαλλῆι ἐείσθην. Theocr. Idill. 8. Δήμῳ πολεμίσην Aristoph. Plut.

27 Verbalia in *bilis,* Dativo gaudent. *Multis ille bonis flebilis occidit; Nulli flebilior quàm tibi, Virgili. Nec visu facilis, nec dictu affabilis illi.* Virg. Æn. 5.

28 Quæ Fidelitatem denotant, aut contra, Dativum postulant; ut *Seni fidelis dum fui, scapulas perdidi.* Ter. Phorm. *Sed non ego credulus illis.* Virg. 9. Ecl. *Statio male fida carinis.* 2. Æn. *Ne cui de te plus quam tibi credas.* Hor. 16. Epist. 1. l. *Nil pictis timidus navita puppibus Fidit.* 1. l. Ode. 14. *Diffidentem tuis rebus.* Cic. in Pison.

29 Obediendi n & resistendi voces Dativum adsciscunt: *Nec judicibus supplex fuit.* 1. Tusc. *Tum uxori obnoxius fui.* Ter. Hecyra. *Ignis aquæ pugnax.* Ovid. 1. Met. *Tempori cedere, id est, necessitati parere, semper sapientis est habitum.* Cic. 9. Epist. 4 l. *Pudori ne an amori obsequeretur.* Ter. *Geram tibi morem.* Cic. ad Atticum. 3. l. *Nos illi servimus, ipse temporibus.* Cic. Epist. 17. l. 9. *Ubi non Hymetto mella decedunt.* Hor. 6 Ode. 2. l *Solus tibi certat Amyntas.* Vir. 5. Ecl. o *Tacitone etiam pugnabis amori.* 4. Æn.

Si justitia est obtemperatio scriptis legibus. Cic. de legibus. lib. 1. *Opulento homini hoc magis servitus dura est.* Plaut. Amphitr.

Adulor, assentor, assentior, adversor, palpo, leguntur etiam cum Accusativo. *Assentari omnia.* Ter. Eun. *Adulatus fortunam alterius.* Cic. 2. de Divin. *Quem munere palpat Carus.* Juven. 1. Sat. *Nolo tuam adversari sententiam.* Plaut. Menæch. Sed hoc Archaicè, & ratione Præpositionis *adversus.*

30 Verba p dandi & reddendi Dativum admittunt: *Fortuna multis dat nimis satis nulli.* Martial. Epigr. 10. l. 12. *Mihi a te literas redd dit,* Cic. ad Attic. 10 l. *Ut eum sermonem mandarem literis.* Cic. 2. de Oratore.

n *Supplex, morigerus, dicto audiens, obnoxius, rebellis, pugnax, adversus, Pares, obedio, obsequor, obtempero, morem gero, gero, morigeror, servio, famulor, ancillor, velificor, blandior, adulor, assentior, palpo, repugno, pugno, certo, resisto, adversor, luctor, reluctor, refragor, reclamo,* in Dativ. transe.

o Sic *magno bellare potenti,* dixit Statius. 8. l. Sed Græca fide. Λιμῷ μαχέσασι. Ἡσαλλῆι ἐείσθην. Theocr. Idill. 8. Δήμῳ πολεμίσην Aristoph. Plut.

p *Do, dedo, tribuo, largior, trado, mando, concedo ministro, suppedito, commodo,* pro mutuum *do, præbeo, exhibeo impendo, reddo, restituo, refero, remunero, remetior. Do scribo literas, ut ad alium feras: Do ad te literas, sc. perferendas ab alio, ut ipse legas. Traditio alteri.* Cic. Topic. *Redditio in, ad quos pertinebat.* Cic. in Verr. 2. Archaismi sunt, ex jure Verborum, unde sunt deducta.

31 Verba

31 Verba [q] irascendi in Dativum transeunt; ut *Fidis offendar medicis, irascar amicis.* Hor. 8. Epist. l. 1. *Adolescenti nihil est, quod succenseam.* Ter. Phorm.

q *Irascor, indignor, succenseo, offendor.* Virg. 8. Æn. in Accusativo: *Pontem indignatus Araxes.*

32 Verba imperandi & nunciandi Dativum admittunt: ut, *Provinciæ toti quàm maximum militum numerum imperat.* Cæs. 1. bel. Gal.

Impero, jubeo, præcipio, dominor, declaro, aperio, expono, explico, monstro, indico, significo, ostendo, narro, patefacio.

mando, nuncio, renuncio, etiam quando significat, *recuso, dico,*

Haud scit, quam mihi nunc surdo narret fabulam. Ter. Heaut. *Hæc cum illi, Mitio, dico, tibi dico.* Ter. Adelph. *Iubeo* pro *decerno,* regit accusativum: ut *Legem jussit de* &c. & quosdam Accusativos rei, *quid hoc, illud, id, aliquid, nihil, multa*: personæ etiam subsequente Infinitivo: ut *Iubeo te salvere.* & absolute, intellecto Infinitivo. *Imo filium potius Iube.* Ter. Heauton.

33 Verba promittendi, debendi, solvendi, minandi Dativum adsciscunt; ut, *Quæ tibi promitto.* Cic. 8. Epist. 5. l. *Suumque ei præsidium pollicetur.* Cic. 10. Philippic. *Quicquid mihi pater tuus debuit, acceptum tibi ferre jubeo.* Plin. 2. l. Epist. 4. *Minitatur senatui* Cic. pro Sextio. *Minatus urbi vincla.* Hor. 9 Epod.

Promitto, pollicetor, spondeo, debeo, solvo, appendo, numero, minor, minitor, interminor.

34. *Suadeo,* [r] *persuadeo, vaco, nubo, misceo, hæreo, voveo, devoveo, initior, insidior,* Dativo gaudent. ut, *Tu, quod ipse tibi suaseris, idem mihi persuasum putato.* Cic. ad Attic. 12. *Nec Vacat musis, aut suis vacaret.* Martial. l. 11. Epigr. 1. *Vxori nubere nolo meæ* Mart. 8. l. 12. Epigr. *Metum* [s] *miscebant operi.* Virg. 8. Æn. [t] *Hæret lateri lethalis arundo.* 4. Æn. *Quid voveat dulci nutricula majus alumno?* Hor. 4. Epist. 1. l. *Lupus insidiatus ovili.* 9. Æneid.

r *Idne estis autore mihi?* Ter. Adel. i. e. *Suadetis.* vel intellige, *ut faciam.*

s Γαῖα μιχθήτω πυρὶ. Anthol. γ. & Ablativo.

Magno se corpore miscet. Virg. 6. Æn. *Te patrios miscere juvat cum conjuge census.* Mart. 4. l. 14. Epigr. Εν κονίῃσι μεγείης Iliad. γ.

t *Hærentia viscere tela.* Ovid. 6. Met. *Hæret pede pes.* 10. Æn. propter affinitatem cum Dativo. vel pronunciationem vocalium *e* & *i* veteribus prope consonam.

35 Sum cum compoſitis præter poſſum, exigit Dativum: ut *Multa petentibus deſunt multa.* Hor. 3. l. 16. Ode. * *Tamen curtæ neſcio quid ſemper abeſt rei.* Hor. 3. l. 24. Ode. *Qui nec ſibi nec alteri proſunt* Cic. 2. Offic. *Et fas eſt cineri me ſupereſſe meo.* Martial. 7. l. 43. Epigr. *Stulto intelligens quid intereſt?* Ter. Eun.

* *Abſint inani funere naniæ.* Hor. 2. l. Ode ult. A qua abeſt prudentia. Cic. 5. Tuſc. & pro *diſto. Arioviſti copias a noſtru M. paſſuum* iy & XX *abeſſe.* Et alia quædam compoſita uſurpantur cum Præpoſitione. *Captæ ſuperavimus urbi.* Virg. 2. Æn. i. e. ſuperfuimus, ſuperſtites fuimus. v. reg. 20.

36 Eſt pro *habeo* Dativum exigit. *Sunt nobis mitia poma.* Virg. 1. Ecl. huic conſine eſt *ſuppetit; Pauper enim non eſt, cui rerum ſuppetit uſus.* Hor. l. 1. Epiſt. 12.

37 Sum, cum [x] aliis quibuſdam Verbis, y geminum adſciſcit Dativum: *Ut, & vobis honori, & amicis utilitati, & Reip. emolumento eſſe poſſitis.* Cic. 1. de Oratore. *Tanunc id tibi laudi ducis.* Ter. Adel. *Vtrum ſtudione id ſibi habet, an laudi putat fore.* Ibid. *Venturum excidio Libyæ.* Virg. 1. Æn. *Nec timuit ſibi ne vitio quis verteret olim.* Virg. 2. Ecl. *Vtque novæ pateant Carthaginis arces Hoſpitio Teucro.* 1. Æn.

x *Do, duco, verto, habeo, pateo, Venio,* aliis.

y Perſonæ fere alterum; alterum Nominativi vel Accuſativi, qui Verbo ſubjiciebatur, in Dativum migrantis.

Item, *habes me tibi deſpicatui, Datur nuptui.* Plaut.

Huc referunt, *Cui nunc cognomen Iulo.* Virg. 1. Æn. *Scipio, cui Africano cognomen erat.* Liv. 6. l. 4. decad. *Qui tibi nomen Inſano poſuere.* Hor. 3. Sat. 2. l.

38 Verba adimendi, arcendi, diſſidendi [a] Dativum ſibi uſitatiùs, ſubjiciunt. *Inimici mei mea mihi, non meipſum ademerunt.* Cic. ad Attic. 3. l. 5. Epiſt. *Et fratrem, ſi quis modus, eripe morti.* Virg. 12. Æn. *Sæpe periſcelidem ſibi raptam flentis.* Hor. 17. Epiſt. 1. l. *Tum denique ſibi avelli jubet ſpiculum.* Cic 12. Epiſt. 5. fam. *Eximebunc illi, eximebunc mihi ſcrupulum.* Plin. 6. l. 1. Epiſt. 8. *Et tibi veniam recuſandi laborum, & mihi exigendi verecundiam ſuſtuliſti.* Plin. l. 1. Epiſt. 8. *Arcebis gravido pecori.* Virg. 3. Georg. *Solſtitium*

a Et in Ablativo cum Præpoſitione non raro efferuntur. reg. 54. *Adimo, aufero, eripio, eximo, demo diripio, ſurripio, detrabo, tollo, excutio, extorqueo, exceco, detero, curto, abrogo, arceo, defendo,* quod etiamdum idiomate Gallico ſonat. *prohibeo.* Vt Hor. 3. Sat. 1. l. *Toga, quæ defendere frigus quamvis ereſſa queat;* pello *diſſideo, differo, diſerepo, diſto, diſſentio, diſcedo.*

ſtitium pecori defendite. 7. Ecl *Diſſidens plebi numero beatorum eximit virtus.* Hor 9. Ode. 4. l. *Quantum ſimplex hilariſque nepoti Diſcrepet, & quantum diſcordet parcus avaro.* Epiſt. 2. l 2. *certo differt Sermoni,* Sat 4. l. 1. *Paulum ſepultæ diſtat inertiæ celata virtus,* Hor. 4. l. Od. 9.

39 Dativum poſtulant Verba quædam [b] compoſita cum *Præ, ad, con, ſub, ante, poſt, ob, in, inter, ſuper* ut, *Egregiis majoribus virtute præluxi.* Cic. contra Rullum. *His præerat Vindevorix.* Cæſ. 3 bel. Gal. *Nihil mali accidiſſe Scipioni puto.* Cic. de Amic. *Quod ſatis eſt, cui contingit, nihil amplius optet.* Hor. 2. Epiſt. 1. l. *Hoc enim mihi ſufficit.* Plin. l. l. 11. Epiſt. *Ut amicitiam omnibus rebus anteponatis.* Cic. de Amic. *Poſt poſui tamen illorum mea ſeria ludo.* Virg 7. Ecl. *Ut tibi literis obſtrepere non auderem.* Cic. 4. Epiſt. 5. l. * *Invidere omnes mihi.* Ter. Eun. [c] *Ignoſcere imprudentiæ dixit.* Cæſ. 3 bel. Gal. Si [d] *interciderit tibi nunc aliquid.* Hor. 4 Sat l. 2 *Interpoſita cruribus ſuis arundine.* Val Max 8. l. 8. c. *Gloriæ ſuæ ſupervixit* Plin. l. 2. Epiſt. 1.

b Ex his pleraque ſibi frequentius Accuſativum ſubjiciunt, *Præeo, præcedo, præcurro, prævento, præſto, pro excello, prævertor, prævertor, anteceda, anteeo, anteſto, anteverto, impono, inceſſit, illudo, inſulto, invado, attendo, occumbo, ſubeo, ſufficio:* alia quamplurima caſum admittunt præpoſitionis ſuæ vel eam repetunt. Infra reg. 86. *Incumbens teretі olivæ: Incumbo ſtudiis: in hæc ſtudia incumbite: toto pectore ad laudem incumbe Accesſit meis malis. Accede ad hunc ignem, &c.* Variant conſtructionem. *Obeo, adeo, adſicio, admitor* atque alia nonnulla, Dativum non admittunt.

* *Invident nobis fortunam* h. e. interprete Ciceronе 3. Tuſc. *Nimis intuentur. βασκαίνουσι.* vel *limis i. e. obliquis oculis & tranſversa tuentibus conſpiciunt.* Ovidius Epiſt. Laodamiæ. *Troadas invideo,*

c Ἀγνοεῖν non *advertere, præterire,* ἀμβλυωπεῖν παῖς τινὸ αἰσχίων. d *Interclusuri hoſtem commeatu, a commeatu, & hoſti commeatum. Omni Gallia Romanis interdixit.* Cæſ. 1. bel. Gal. *Fœminis uſum purpuræ interdicemus.* Liv. 34. l. ut M. *Tullio Aqua & igni interdicuntur* pro Domo. *Argentum quod habes condonamus te.* Ter. in Phorm. Archaicè dicitur: ut & *Habeo alia multa, quæ nunc condonabitur* in Eun. Vt ſit Hellenismus neutrius Pluralis gaudentis Verbo Singulari. Sic *inhio, impendeo, inſto, occurſo,* Dativ. vel Accuſativ.

40 *Hei* & *Væ* Dativo apponuntur: ut, *Hei miſero mihi.* Ter. Heaut. *Væ victis.* Hor. l. 1. c. 13. *Væ tibi cauſidico.* Mart. l. 5. Epigr. 34.

c Εὖ χέσειας τῆς δειᾶς. Plato in Phædone Θεῖ᾽ εὐχόμενοι τῆς σῆς ἀγ πασιας. Demoſth 1. Epiſt.

Iſta, [e] *Cui me fortuna precari voluit.* Virg. 8. Æn. *Ad precatorem abeam, credo, qui mihi Sic oret.* Ter. Phorm. *Per in precari Peſſimo?* Plaut. Aſin.

f Ἥκιστα πρέπει πολιὰ πῶγωνι. Idem

g Ἠκολούθησαν τοῖς φεύγουσι. Polyb. 14. l. O Κρίτων εἵπετο αὐτοῦ. Plato in Phædone.

Casca sunt ista: *Alienis rebus curas.* Plaut. Truc. *Stabulo regio curantes.* Macrob. 5. l. *Rebus meis curat.* Apul. Apol.

f *Nostro generi non decet.* Plaut. Amph. *Ut vobis decet.* Ter. Adelph. *Decet principi orbis populo.* Liv. 34. *Ita Diis est placitum* g *voluptati ut mœror comes consequatur.* Plaut. Amphitr. *Cætera quæ comitantur huic vitæ.* Cic. 5. Tusc. Græciam sapiunt.

Usurpant Poëtæ Dativum pro Accusativo, cum Præpositione *Ad*: *It clamor* * *Cælo.* Virg. 5. Æn. *Siquis casus puerum egerit Orco.* Hor. 5. Sat. 2. l. Et Liv. 3. l. *Incidentes portis.* & 5. l. *Incidentem portis exercitum.*

* Pro *ad cælum.* ut 4. Æn. *It clamor ad alta Atria.*

Accusativus.

41 Verba Activa, Deponentia, item & Neutra Activè significantia regunt Accusativum rei aut personæ in quam transit actio: ut, *Studia adolescentiam alunt, senectutem oblectant, secundas ornant, adversis perfugium & solatium præbent.* Cic. pro Archia. *Crescentem sequitur cura pecuniam* Hor. 3. l 16. Ode. *Ego illius sensum pulchre calleo.* Ter. Adelph. *Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum.* Hor. 2. & 4. Sat. 1. l. *Fraudes palluit.* 3 l. 27. Ode. *Pauperiem crepat.* 1. l 18, Ode. *Corydon ardebat Alexin.* Virg. 2. Ecl. *Et duræ quercus sudabunt roscida mella.* Virg. 4. Ecl. *Hunc sine me furere ante furorem* Vir. 12 Æn. *Hilarem insaniam insanire.* Sen. de vita beata. *Longam incomitata videtur Ire* h *viam* Virg. 4. Æn. *Tertiam ætatem hominum vivebat Nestor.* Cic. de Senect. *Exosus* & *perosus* Activè significantia: *Tedas exosa jugales.* Ovid. 1. Metam. *Si non populum Rom. perosi sunt.* Sueton. Tiber. c. 21.

Verbum regens interdum ἐλλείπει *Dij meliora pijs, terroremque hostibus illum.* Virg. 3. Georg. *Quid multa?* Cic. 1. l. ad Atti. 10. Epist *Egone illam, quæ illum, quæ me, quæ non?* Ter. Eun.

Reticetur & ipse Accusativus: *Servat domi.* Ter. Eun. sc. *Res, quæ sunt domi. Obijt* scil. *mortem. Ut pro Eunucho probes,* sc. *te. sidera Cælo præcipitant,* sc. *Se.* Virg. 2. Æn. *Tyrii tenuere coloni.* sc. *quam urbem.* 1. Æn.

h Hunc Accusativum ejusdem denominationis aut significationis efferunt autores aliquando in Ablativo. *Diu videor vitâ vivere* Plaut. Mil. *Morte obiit repentinâ* Sueton. August. 4. c. *Mori sua morte.* Sen. Epist. 69. *Honore honestes, laudetur laudibus.* Plaut. Accusativum etiam regit *cedo.* 1. *dic* vel *da. Cedo quemvis arbitrum.* Ter. Adelph.

Reddes

Reddes dulce loqui, reddes videre decorum. Hor. 7 Epiſt. 1.l. Enallage pro *dulcem Sermonem, riſum decorum. Populabundus agros.* Siſenna apud Agellium. 11.l.5.c. *Vitabundus hoſtium caſtra.* Liv. 25.l.

At illa Plautina, *Quid tibi hanc curatio eſt rem?* in Amphitryone. *Quid tibi hanc adſitio eſt? Quid tibi hanc notio eſt.* Truculent. *Quidve in navem inſenſio?* Rudent. *Redditionis domum ſpe ſublata.* Cæſ. bel. Gal. 1. Archaicè Verbi fui caſum retinentia, exoleverunt.

42 Accuſativos Adjectivorum in Neutro genere utriuſque numeri abſolutè ponunt * Poëtæ pro Adverbiis. *Torvumque repente Clamat.* Virg. 7. Æn. *Horrendum ſtridens.* 6. Æn. *Immane Spirans.* 7 Æn. *Turbidum lætatur.* Hor. 2. l. 19. Ode. *Perfidum ridens.* 3. l. 27. Ode. *Lucidum fulgentes oculos.* 2. l. 12. Ode. *Tranſversa tuentibus hircis.* Virg. 3. Ecl. *Acerba ſonans.* 3. Georg. *Crebra fremit.* ibid. de victore equo. *Multa gemens.* 1. Æneid, *Nec ſera comantem Narciſſum.* 4. Georg.

* Nimirum Græciſſantes. Πῶς ἂν ἄφατα καὶ δεινὰ καὶ θαυμαστὰ βιώσαιμην. Lucret. in Thalete. Παῤῥησίαν βλέπει. Greg. Συμφέρει σοι ἐβόνσε Hom. Odyſſ. 2. Quin & Hiſtorici, Sed rarius. *Tiberius torvus, aut falſum renidens vultu.* Tacit. 4 Annal.

43 Verba [i] rogandi & docendi, *celo* item, & alia [k] quædam geminum regunt Accuſativum, unum perſonæ, rei [l] alterum: ut, *Puſionem quendam Socrates interrogat quædam Geometrica.* Cic. 1. Tuſc. *Nec potentem amicum largiora flagito.* Hor. l. 2, Ode. 18. *Ille mihi de te multa rogatus abit.* Ovid. 1. Epiſt. *Quid nunc te, aſine, literas doceam.* Cic. in Piſon. *Motus doceri gaudet Ionicos Matura virgo.* Hor. 3. l. 6. Ode. *Docte* * *Sermones utriuſque linguæ* 3. l. Ode. 8. *Nec tantum ſegetes, alimentaque debita dives Poſcebatur humus.* Ovid. 1. Met. *Ea ne me celet, aſſueſci filium.* Ter. Adelph. *Nec te id conſulo.* Cic. ad Attic. 7. l. 18. Epiſt.

i *Rogo, poſco, flagito, poſtulo, obſecro. o. o, hortor, percontor, doceo, edoceo, erudio,* apud Poëtas: *Et quæ te leges præceptaque fortia belli Erudit* genitrix. Statius, 10 Thebaid. *Conſulo.*

Rogor, doceor, poſcor, moneor, etiam Paſſiva retinent Accuſativum rei.

k *Voco, appello, facio, præſto, do, addo,* &c. Sed per Epexegeſin: Quos *Honoris cauſa aſinos appellamus. Facio te, apud illum, Deum.* Ter. Adel. *Servum haud illiberalem præbes te.* Ibid. *Dare filiam uxorem.* Andr. *Addit ſe ſociam.* Virg. 6. Ecl. Pacem te poſcimus omnes. 11. Æneid.

l Ut plurimum *hoc, illud, iſtud, quod, id, quid, nihil, unum, multa*; ut, *Sed eos hoc moneo.* Cic. in Cat. Et in aliis Verbis. *Nec te ideo conſulo.* Cic. 7. ad Attic. 18. Epiſt. *Si remittent quid plura Philumenam dolores.* Ter. Hecyra. Sic, *Conſulam hanc rem amicos.* Plaut Menæch. * *Mulier literis Græcis & Latinis docta.* Saluſt. in Catil.

Ex his quædam mutant alterum Accusativum in Ablativum cum Præpositione. *Veniamque oremus ab ipso.* Virg. 11. Æn. *Senatum edocet de itinere hostium.* Saluſt. Catil. *De armis, de ferro, de insidiis te celare voluit.* Cic. pro Deiot. *Te maximis de rebus a fratre esse celatum.* 2. epist. 5. l.

m Post Adjectiva dimensionis, *Longus, latus, altus, crassus.*

n Quandoque & Genitivo. *Aream latus pedum denum longus quinquagenum facito.* Columel. 2. l. 11, c. *In castra, quæ erant bidui.* Cæs. in his Ellipsis est, ibi, *Secundum latitudinem, a longitudinem.* hic, *iter* vel *viam, itinere* vel *via* : ut, *Qui eum abessent aliquot dierum viam.* Cic. pro Planc. *Bidui iter progressus* Cæs. 2. bel. Civil. *Bidui via aberant,* Cæs. bel. Gal. 6. Compendio. sc. Græco. Ἀπέχειν πλειόνων ἡμερῶν. Aristot. Δαιμασία ἡ κυκλαδῶν. Περὶ μὲν διειρύθμῳ τᾶδ' ἔστω ἐξήκοντα Strab. 9. l integrè eodem libro. Ἐδολιχὸς τὰ πρὸς ἑσπέραν ὄντα τοῦ μήκους. Videtur intelligi πρ. ut Latinis. *ad* quod plenè appositum Varro. 3. l. R. R. c. 5. *Ad duos pedes altum a stagno, latum ad quinque.*

44 Mensura m rei, & Spacium seu distantia loci in Accusativo efferuntur : interdum & in Ablativo, n ut, *Umbilicus, quem gnomonem vocant, septem pedes longus umbram non amplius quatuor pedes longam reddit.* Plin. l. 6. c. 34. *Negat se ate pedem discessisse.* Cic. pro Deiot. *Quatuor hinc rapimur viginti & millia rhedis.* Hor. 5. Sat. l. 1. *Fossam sex cubitis altam, duodecim latam cum duxisset.* Liv. bel. Mac. 7. *Proximus huic, longo sed proximus intervallo.* Virg. 5. Æn. *Duobus summis proximus accedebat, sed longo intervallo tamen proximus.* Cic. in Bruto. *Nec longis inter se passibus absunt.* Virg. 11. Æn.

Propior montem Saluſt. in Jug. *Quod tamen vitium propius virtutem erat.* in Catilina. *Propior hostem.* Hirt. 8. l. de bel. Gal. *Quam proxime Italiam esse.* Cic. ad Attic. 3. l. 14. epist. *Proximus finem Megalopolitarum.* Liv. 35. Nituntur constructione præpositionis *prope.* De qua, & reliquis Præpositionibus infra seorsim. De Accusativo *partis* subaudita Præpositione *Secundum,* mox. reg. 48.

Ἐ'λλείπει quandoque Interjectio, *Facinus indignum.* 2. ad Attic. 13. Ep.

O Exclamantis Accusativum regit : O hominem impurum! Ter. Adelph. sic, *Hem Davum tibi.* Ter. Andr.

Vocativus.

45 O Vocantis vel appellantis Vocativo gaudet.

O

O Dave. Ter.Andr. *O formoſe puer.* Virg.Ecl.2.Sic *Hem Pamphile.* Ter. Andr. *Heus Syre.* Idem in Heaut. *Prob Sancte Jupiter.* Cic.2.Phil. *Obe libelle.* Martial.4.l.91.Epigr.

Maſte virtute eſto. Hor.l.1.Sat.3. *Quibus Hector ab oriu Expectate venis.* Virg.2.Æn. *Stemmate quod Thuſco ramum millesime ducis, Cenſoremve tuum vel quod trabeate ſalutas.* Per. 3. Sat.

In iſtis Enallagen eſſe volunt. Vocativi pro Nominativo. Neque tamen omnino Vocativi naturam exuerunt.

Ablativus.

46 Inſtrumentum, cauſa & * modus in Ablativo efferuntur. ut, *Melior remis.* Virg. 5. Æn. *Ille pedum melior motu.* Ibid. *Naturam expellas furcâ licet, uſque recurret.* Hor. 10. Epiſt. 1. l. *Pallida morte futurâ.* Virg. 4. Æn. *Deteriores omnes ſumus licentiâ.* Ter. Heaut. *Superbus pecunia.* Hor. 4 Epod. *Lætus ſorte tua vives* 10. Epiſt. 1. l. *Gaude ſorte tua.* Hor. 4. Epod. *Hac ſeveritate aurium lætor.* Plin. 3. l. 18. Epiſt. *Ita ardeo iracundia.* Ter. Adel. *Lachrymæ cadent gaudio.* Ibid. *Oderunt peccare boni virtutis amore.* Hor. 17. Epiſt. 1. l. *Et animo & naturâ pater.* Ter. Adelph. *Naturâ tu illi pater es, conſiliis ego.* Ter. Adelph. *Simplex munditiis.* Hor. 1. l, 5. Ode. *Lepore & humanitate omnibus præſtitit Socrates.* Cic. 2. l. de Orarore. *Famâ nobiles potenteſque bello.* Cæſ. 7. bel. Gal. *Ut qui ſi anzi virtute non poterat, commmueretur morâ.* Florus. l. 2. c. 6. *Quum virtute omnibus præſtarent.* Cæſ. 1. bel. Gal. *Cum omnes gloria anteiret.* Jugurth. Catilinæ. *Quantâ me curâ & ſollicitudine afficit gnatus* Ter. Phorm. *Rhemos cohortatus, liberaliterque oratione proſecutus.* Cæſ. 2. bel Gal. *Quum* ° *faciam vitula pro frugibus.* Virg. 3. Eclog.

* Ad *modum* referri poteſt *adjunctum:* ad *cauſam materia:* ſed intellectâ præpoſitione. Ablativo cauſæ & modi additur aliquando præpoſitio. *Nec loqui præ amore potuit.* Cic. pro Planc. *Præ amore, præ gaudio.* Ter. *Semper magno cum metu dicere incipio.* Cic. 1. de Oratore. *Per ſcelus.* Idem. *Propter amorem.* Ter. Andr. Huc. n. ſpectant, *gaudeo, lætor, affici, proſequor.*

° ſc. *Rem divinam* Οἱ παλαιοὶ τὸ θύειν δηρὸν ὠνόμαζον. Athenæ. l. 14. Vt & ἱερεύειν, ῥέζειν, ποιεῖν, *operari, Sacrificare. Seu poſcat agná ſive malit hædo.* Hor, Ode. l. 1.

Πλεονάζει quandoque Ablativus inſtrumenti. *Hu oculis vidi. Sic ore locuta eſt.* Virg. 1. Æn. Emphatice.

47 Pars affecta, genus, patria Subjiciuntur Nominibus Adjectivis, Verbis, Neutris & Paſſivis in Ablativo:

Ablativo: ut, *c Antonius pedibus æger.* Saluſt. Catil. *Pendemus animis, cruciamur, angimur.* Cic. 1. Tuſc. *Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine læſus.* Martial. 12. l. 54. Epigr. *Genere inſignes.* Cic. per conſ.

p *Qua vobis patria?* Sic Plaut. Pœn. *Domo Carthaginienſis.* Sueton. Vitellius. *Domo Nucerià.* 2. c. Solinus. 30. c. *Elisa domo Phœnix.* Niſi *unde* ponatur pro *è quâ.*

p *Unde domo?* Virg. 8. Æn. Et Horat 7. Epiſt. 1. l. Pars interdum & q in Genitivo. *O te Bollane cerebri Felicem.* Hor. Sat 9. l. 1. *Exanimatus pendet animi.* Cic. 4. Tuſc. *Integer mentis.* Hor. 3. Sat. 2. l. *Diſcrucior animi.* Plaut. Aul. *Deſipiebam mentis.* Pla. Epidic. Et Activè, *Tum Antipho me excruciat animi.* Ter. Phor. *Animi pendeo.* Cælius Ciceroni. l. 8. Epiſt. 5.

q Atque hoc propter affinitatem cum Ablativo: *Felix animi & animo.* Hinc illa *Animi nimium, integer,*

r Accuſativum frequentius uſurpant Poëtæ, *Omnia Mercurio ſimilis, vocemque coloremque.* Virg. 5. Æn. *Creſſa genus Pholoe.* Vir. 5. Æn. *Cætera Grajus.* 2. Æn. *Tremit oſſa* Hor. 7 Sat. 2. l. *Qui Curios ſimulant, & s Bacchanalia vivunt.* Juven. 2. Sat.

anxius, præceps, arrectus, abjectior, incertus, ſuſpenſus, maturus, validus, miſer, amens, fidens, ſaucius, &c. trunca pedum. ut, *καττάγα τὸ χεῖρε ὑπὸ τὸ ἀγκῶνα* Lucian. Timon. *Trepidus mentis, timidus mentu, fervidus ingenii, rectus judicij, feſſi rerum, trepida rarum, ager corporis. Laſſus animi, invictus animi.*

r Ἐλλείπει *per, quoad, ſecundum,* ut Græcis *κατὰ.* Φοῖβος κεραλὴν. Il. β. *χωλὸς ἑπτεσον πόδα.* ibid. *τ' ἄλλα μενάει.* Eurip. Oreſt. Θέρμετο δὲ κεφαλὴ Hom. Muſæus. *Κειρόμενος τὸ ἦπαρ.* Lucian. Menip. Aut exprimere voluerunt Aoriſtos Græcorum. *Δαμάσσα φρένας.* Pindar. Olymp. 2.

s i. e. *Secundum Bacchanalia, vel Bacchanalium ritu.*

Neque tantum poſt verba mercandi, *Emo, vendo, veneo, conſtitit, ſtetit, conduco, loco eſt* pro *valet æſtimo* pro *taxo,* aut *cenſeo, redimo, addico, licea, licetor, licitor,* &c. Sed & alia, etiam Adjectiva. *Venalis, carus, vilis.*

48 Precium rei in Ablativo ponitur: ut, *Vendidit hic auro patriam.* Vig 6. Æn. *Multo ſanguine ac vulneribus ea Pœnis victoria ſtetit.* Liv. 3. Punic. *Noceat empta dolore voluptas.* Hor. 2. Epiſt. 1. l *Cum eſſet frumentum ſeſtertiis binis aut ternis.* Cic. 5. in Ver. *Vina Syra reparata mercede.* Cele. 31. 1 l. *Habitat decem millibus.* Cic. pro Cælio. *Nec pueri credunt, niſi qui nondum ære lavantur* Juven. 3 Sat. *Non gemmis neque purpura venale nec auro.* Hor. 2. l. 16. Ode. *Quod non opus eſt, aſſe carum eſt.* Senec. 94. Epiſt. Sententia Catoniana *Leges ſixit precio atque reſixit.* Virg. 6. Æn.

Valet interdum admittit Accuſativum. *Denos aris valebant.* Var. 4. de LL.

Muto

Muto ſubit hanc ſtructuram. *Valet ima ſummis mutare.* Hor 1.l.34.Ode. Et *Verto, Vertere funeribus triumphos.* ibidem.

Excipiuntur hi Genitivi † ſine Subſtantivis poſiti *Tanti, quanti, tantidem, quanticunq;, pluris, minoris. Ego, inquit Demoſthenes, non tanti emo pœnitere.* Agell.l.1.c.8. *Vendo non pluris quàm cæteri, fortaſſe etiam minoris* Cic. 2.l.Offic. *Magis illa juvant, quæ pluris emuntur.* Juven. 11. Sat.

Vilis paulo, magno, parvo, plurimo, duplo, quandoque, Sine Subſtantivis ponuntur.

† Namque ſi addantur Subſtantiva, in Ablativo efferuntur. *Tanta mercede docuit, quantâ hactenus nemo.* Agell.

πόσου πωλεῖται ἀπάθεια, πόσου ἀταραξία. Epictetus. 17.c. Enchirid.

Quandoque tamen in Genitivo ponuntur adjecta ipſa voce *precii,* Plaut. Caſin. & Trinum. *Vix minimi precii.* Ter.Andr. *Videtur eſſe quantivis pretij,* Sed hoc eſt æſtimationis, non pretij dati.

49 Quæ copiam ſignificant aut inopiam, Ablativo gaudent, vel Genitivo rei, quâ quid abundat, egerve: ut, *Crura thymo plenæ.* Virg. 4. Georg. *Res eſt plena timoris amor.* Ovid.1.Epiſt. *Nuda præſidio, referta copiis.* Cic.7.l.ad Attic. *Spei metuſque liber.* Sen, Hippol.

Liber terrore animus. Cic. 4. de finibus. *Ab omni perturbatione liber.* 2.de Offic. *Felix ac libera legum Roma fores.* Lucan.6. l.i.e. *quoad leges. Proſperam frugum.* Hor. 4. l. 6. Ode. *Sceleris purus.* Hor.l.1.Ode 22. *Frugum pabulique lætus ager.* Saluſt. Jugurth. *Vobis immunibus hujus eſſe mali dabitur.* Ovid.8. Metam. *Capriſicus omnibus immunis eſt, quæ ante diximus.* Plin.hiſt. 3. l. c. 24. *Non ſit a veſtris malus immune cælum.* Sen. Thyeſt. *Macti virtute eſtote.* Liv.l.7. *Macte animi morumque tuorum.* Martial. 12. l. Epigr. 6. *Te macto infortunio.* Plaut. Amphit. *Nunquam*

Ablativo aut Genitivo, *Plenus, dives, locuples, ſatur, tentus, diſtentus, fœcundus, vacuus, inanis inops, orbus, nudus, liber.*

Genitivo uſitatius, *Benignus, fertilis, liberalis. proſper, lætus, largus, prodigus, profuſus, ſterilis, pauper, indigus, egenus, immunis, expers, purus,*

Ablativo potius, *Onuſtus, gravis, gravidus, mactus, refertus, differtus, fœtus, caſſus, viduus, adde extorris* & *exul,* quæ duo reperiuntur & cum Genitivo ſed apud poëtas, idque rariſſimè. Ex iis, *liber, vacuus, immunis, purus, nudus, inops orbus, extorris,* admittunt Præpoſitionem *a* vel *ab.* Ablativo potius adhærent *Abundo, mano affluo, luxurio, augeo, mactо, onero, ſatio, cumulo, opulento, premo, beo, communeo, levo, exonero, nudo, ſpolio, orbo, viduo, exhaurio, privo, expedio, fruſtror, fraudo, paupero, emungo, vaco.* Ablativo aut Genitivo *Impleo, compleo, egeo, indigeo, careo, ſaturo, ſcateo, potior.* & Archaicè Accuſativum. Sic, *Pauca nummenta egebat.* Saluſt Jugurth. Genitivo, *Abunde, affatim, ſatis, parum, quod.*

eſſes

Ablativo *Opus* & *Uſus*. Οὐκ ἔρ-γον ἐστ' ὀδὲν ἐσχάτων Ariſt. Plut. & mox. οὐ γὰρ δ' ἄλλ' νῦν ἔργον, & in S.S. pagina Ἐνὸς δ' ἐσχ χρείαν. Luc. 10c. Genitivum hunc ſuo caſu efferunt Latini; ut & alia prope omnia. Venuſtè utemur Participio Præteriti, *conſulto, maturato, inventi, facto, exquiſito, cauto, parato, tranſcurſo opus eſt.* Etiam addito ſubſtantivo: *Opus eſt convento hominis* Plaut. Curcul Quandoque Supino Paſſivo: *Quid eſt maxime opus factu.* Ter. Adelph. Loco. ſc. Infinitivi Brutum Opus eſſe reperiri. Cic. 2. l. ad Attic. 24. epiſt. Καὶ σ' ὀδὲν ἔστω τῆς δε παρ' εἴνεκ πύλης Βτ' ἔργον ἐστ'ν. Sophocl. in Ajace. & ibid. Ἀλλ' ὀδὲν ἔργον ταῦτα δρωσιδεῖ μάτην. An utique Ellipſis eſt Verbi *egeo*, quod expreſſit Cicero. lib. de Amicitia. *Magnum opus eſt egétque exercitatione non parvâ.* Genitivum appoſuit, Epiſt. 8. l. 10. *Magni laboris & impenſæ opus fuit, ut quæ Reip. bonique omnibus polliceremur, exitu præſtaremus.* Idem. 1 Epiſt. 2. l. *Dux nobis & autor opus eſt.* Plautus Accuſativo jungit; *Adtram rem uſu eſt hominem aſtutum.* Pſeudol. Quid mirum? cum ſit Verbale ab *utor*, quod etiam ita uſurpat idem Plautus. ut in reg. ſequ.

eſſes paſſus me, quo tu abundas, egere conſilio. Cic. 3. ad Attic. 15. Epiſt. *Egetærus.* Hor. 1. l. 6. Epiſt. *Cælo muſa beat.* 4. l. 8. Ode. *Implevitque mero paterам.* Virg. 1 Æn. *Implentur veteris Bacchi, pinguiſque ferinæ.* ibid. *Te verò, quibus mendaciis homines leviſſimi oneraverunt* Cic. 10. Epiſt. 3. l. *Optatâ potiuntur Troes arena.* Virg. 1. Æn. *Quæ rerum potitæ ſunt.* Cic. Epiſt. 17. 1. l. 5. *Nec eam multis claris viris orbatam, privare etiam aſpectu tuo.* Epiſt. 9. l. 4. *Leva me igitur hoc onere.* Epiſt. 12. 3. l. *Tibi divitiarum affatim eſt.* Plaut. *Terrorum & fraudis abunde eſt.* Virg. 7. Æn. *Salus enim ſatis eſt, Sannionum parum.* Cic. l. 9. Epiſt. 16. *Quoad ejus fieri poſſet.* Cic. Epiſt. 8. l. 5. *Quibus cum ſortunâ tuâ opus non ſit, ingenio opus eſt.* Sen conſ. ad Polyb. *Quid multis?* Ter. Scil. *opus eſt. Nunc viribus uſus.* Virg. 8. Æn.

50 *Utor, fruor, fungor, veſcor, victito, vivo* pro victito, *nitor, naſcor, creor, ſatus, ortus, editus ſto, conſto.* Ablativo gaudent. *Sciſti uti foro.* Ter. Phor. *Cum victoriâ uti poſſet, frui maluit.* Flor. 2. l. 6. c. *fungar vice cotis.* Hor. Epiſt. ad Piſones. *Veſcitur aura Ætheria.* Virg. 3. Æn. *Tanquam ſi lolio victitet.* Plaut. Mil. *Vivitur exiguo melius.* Claud. 1. in Ruſum. *Fiducia Virtutis nobis nitendum eſt.* Cic. 1. Tuſc. *Virtute decet non ſanguine niti.* Claudi. 4 conſ. Honorii. *Gens duro robore *nata* Vir. 8. Æn. *Sate ſanguine Divum.* 6. Æn. *Non naſci matre pudenda.* Hor.

Archaicè Accuſativo. *Cætera quæ volumus uti.* Plaut. Aſin. *Opera abutitur.* Ter. prolog. Andr. *Functus eſt officium.* in Phorm, *Ut ſinat ſeſe hunc frui.* Plaut. Aſin. *Lupos Veſcar.* Tibul. 2. l. 5. Eleg. & Plinius familiariter. *Subauditur Præpoſitio. *Ex me hic non natus eſt, ſed ex fratre.* Ter. Adelph. *Ab his majoribus orti.* Hor. 5. Sat. 1. l. *Victus ex rapto.* Ovid. 1. Metam. *De lucro vivere.* Cic. 17. epiſt. 1. 9, vide reg. 87.

2.l.4.Ode. *Fortes creantur fortibus.* Hor.4.l.4 Ode. *Censoris opinione standum putavit.* Cic. pro. Cluentio. *Tota constat experimentis medicina.* Quintil.l.2. c.18.

51 *Dignus, indignus, dignor, præditus, captus, contentus, fretus,* auferendi casum adjectum volunt. Ut, *Te quoque dignum Finge Deo.* Virg.8.Æn. *Indignum sapientis gravitate.* Cic.1. de Nat. Deorum. *Non equidem tali me dignor honore.* Virg.1.Æn.5. *Summa spe & animi & ingenii præditum.* Cic. 2. Philip. *Contentus modicis meoque lætus.* Mart.4.l.77. Epigr. *Fretus juventa.* Virg.5.Æn.

Dignus & indignus admittunt Genitivum, sed rarius. *Cognitionem dignissimam tuæ virtutis* Balbus Ciceroni. 8.l.ad Attic. *Successionis imperij dignum.* Sueton. Otho.4. c. *Magnorum haud unquam indignus avorum.* Virg.12. Æn. Idque structurâ Græcâ Ἄξιον σπουδῆς. Arist.poetic.19. c. et Demosth. de Corona. *Plus quingentos colaphos infregit mihi,* Ter, Adel. ἐλλείπει *quam.*

52 Comparativa regunt Ablativum nominis, cui fit comparatio, & quod exponitur per *quam*: Ut, *Quanquam sidere pulchrior ille est, tu levior cortice, & improbo iracundior Adria.* Hor.3.l. 9. Ode. *Cæli justa plus parte relinquit.* Virg.1.Georg. *Largius æquo.* Hor.2.Epist.2.l. Sic *spe, opinione dicto citius, opinione celerius. Quam Junofertur terris * magis omnibus unam Coluisse.* Virg.1. Æn. *Alium alio melius loqui credant* Quintilian.3.l.3.c.

Naves onerariæ, quarum minor nulla erat duûm millium amphorarum. Scil. numero aut *mensura.* Cic.ad Lent. * Vnde *Malo* apud recentiores habet Ablativum. *Tristior* pro *tristis.* Virg.1.Æn. Subintellige *Solito, aquo, justo.* Inter duo Comparativa historici interserunt *quam, Triumphus gratior quam clarior.* Liv.5.l.

Comparativis subjicitur Ablativus, qui mensuram excessus significat: Ut, *Turres denis pedibus, quàm murus altiores sunt.* Curtius, 5.l. *Forte minus locuples uno quadrante periret.* Hor.3.Sat.2.l. *Sesquipede est quam tu longior.* Plaut.Trinum.

Etiam Verbis, quæ vim Comparationis habent. *Incredibile est quanto horum antecedo sapientia.* Ter.Phorm.

Comparativa adeo & Superlativa admittunt *Eo, quo, hoc paulo, nimio, tanto, quanto, multo, ætate, natu.* Ut, *Quo quisque ingenio minus valet, hoc se magis attollere & dilatare conatur.* Quintil.2.l. 3.c *Tanto pessimus omnium poeta, Quanto tu optimus omnium patronus.* Catullus de se ad Ciceronem. Epigr. 50. *Minimus natu horum omnium Timæus* Cic. 2.de Oratore.

53 Ab-

53 Ablativus absolute sumitur, adjecto Participio, vel etiam intellecto: ut, *Qui, a Superbo regnante,* * *in Italiam venit* Cic. 1. Tusc. c *Nondum libera civitate* supple, *existente.* pro Milone. b *Te faciente* Senec. b *Arcadia judice.* Virg. 4. Ecl. In his vero, c *Comperto, quam regionem hostes petissent.* Liv. l. 1. bel. Maced. a *Audito castellum Luppiæ flumini appositum obsideri.* Tacit. 2. Annal. l. Oratio supplet locum Substantivi, adeoque Participium in Neutro genere ponitur. Atque hoc in Participiis solis Præteriti temporis.

* Participij Præsentis ablativum in *e* exeuntem usurpari volunt. Videtur mihi Ablativus hic *absolutus* vel *consequentiæ*, ut vocant, in quibusdam esse Ablativus temporis quando quid factum sit, adeoque resolvi; a Dum, cùm, quando Superbus regnabat. a Ubi, vel postquam auditum est. Vel causæ aut modi; ut. c Quoniam, quando, vel quia compertum est. Quamvis nondum libera esset civitas. denique agentis; b si tu ipse facias. Si ipsa Arcadia judicet. Hinc & subaudiri quidam volunt Præpositiones, quæ quandoque adduntur: *Rebus in adversis, Sub te teste, duce, judice. Cum Dijs juvantibus. A te præsente,*

54 Verba y accipiendi, mercandi, auferendi, amovendi, distandi & dissidendi adsciscunt z Ablativum cum Præpositione, *a, ab, e,* vel *ex. Si quis quid de Rep. a finitimis rumore aut fama acceperit.* Cæs. 6. bel. Gal. *Ex prioribus tuis literis intellexi.* Cic. 5. Epist. 9. l. *E prædonibus se audisse.* Ter. Eun. *Mercare tales ab eo.* Martial. 1. l. 67. Epigr. *Non facile ab oppidis vim hostium prohibere.* Cæs. 1. bel. Gal. *Dum teneras defendo a frigore myrtos.* Vir. 7 Ecl. *Millia qui novies distat ab urbe decem.* Ovid. Trist. l. 4. El. 10.

y *Accipio, audio, intelligo, cognosco, disco, conjicio; Emo, mercor, conduco, sumo, aufero, eripio, Moveo, arceo, pello, defendo, propulso, prohibeo, caveo, furor; Disto, dissideo, dissentio, discrepo, discordo, discerno, distinguo.*

z Ex his nonnulla vertunt Ablativum in Dativum, uti dictum, 38. regulâ.

55 *Mereor* cum Adverbiis *bene, malè, melius, pejus, optimè, pessimè.* Ablativo adhæret cum Præpositione *de. Cur de improbis bene mereretur.* Cic. 1. de Natura Deorum. De *ingenio suo pessimè meriti.* Quintil. 10. l. 3. c. *Viri ita de me meriti.* Cic. 10. Epist. 3. l.

Varia Constructio.

56 Quædam Verba pro diversa significatione va-

rie

riè construuntur. * *Ausculto tibi, &* a *te* b *Consulo tibi,* c *te, in te.* d *Boni consulo.* e *Laboro febri, infamia, pedibus, ex pedibus,* f *de salute publica; & absolutè laboro. Impono operi finem. Aris imponit honorem,* g *imposuit mihi. Homo* h *homini quid præstat. Præsta te eum, qui,* &c. i *Caveo tibi,* k *cavere periculum. Vt a Cassio caveret. Quod nihil de iis Augustus* l *cavisset.* m *Metuo, timeo, formido tibi* vel *de te, metui a Chryside. Te, suis matres metuunt juvencis. Timeo Danaos & dona ferentes. Vnum studetis omnes, unum sentitis.* n *In id solum student. Abdicatus medicinæ* o *studuit,* p *Catilinæ studuit.* q *Conducit hoc tuæ laudi, ad ventris victum; in rem tuam,* r *conducit equum. Convenit illa* * *tibi, Sævis inter se convenit ursis,* & *hæc fratri mecum non conveniunt, quanquam de hoc parum inter autores convenit; priusquam legatos* s *conveniret. Queis ante ora patrum* t *contigit oppetere: funemq; manu* u *contingere gaudent. Æmulor* x *tibi,* & y *te.* z *Deficiunt mihi* vel *me vires, tempus citius quam oratio* a *deficiet,* b *A Cæsare defecit.* Differt ab illo; differunt inter se; differt vadimonium, diem & *Prospiciam mihi; prospice futura. Do* c *tibi literas,* & d *ad te.*

* *Obedio.* a *audio* b *Consilium do,* vel *prospicio.* c *Consilium a te peto.* d Sic, *æqui bonique facio.* i.e. *in bonam accipio partem.* e *ægroto,* ut, *Quo me putes ægrotare animi vitio.* f *anxius sum.* g *Verba mihi dedit.* i.e. *me decepit.* h In eadem significatione; *Præstat ingenio alius alium,* & *Navus operarius præstat ignavo & cessatore.* i *provideo.* k *declinare.* l *Ad cautionem statuisset.* m *Sollicitus sum de te.* n *Ne quid mihi detrimenti accidat.* o *Operam dedit,* p *Catilinæ partibus favit.* q *Vtile est.* r *precio ad tempus usuram sumo equi,* * *Hinc Vivere naturæ convenienter.* Hor. 10. Epist. 1. l. s *Obvios haberet.* t *accidit.* u *tangere.* x *Invideo.* y *Imitor.* z *desunt.* a *destituet,* b *descivit.* c *quas ad alium feras.* d *quas ipse legas.*

57 Quædam Verba eandem retinentia significationem, diversam tamen fortiuntur structuram. *Donat militi phaleras,* vel, *militem phaleris. Plurima salute impertit Parmenonem. huic rei aliquid temporis impertias. Mitto tibi* & *ad te. Moderari affectui* & *affectum. Latet sensui* & *sensum. Occumbere morti* & *mortem. Medicor morbo* & *morbum. Olent argentum manus;* &, *olet nardo, sulphure. Vinum redolentibus, redolentq; thymo. At tu dictis Albane maneres. At te pœna manet. Præstolare spei, quem præstolare, Parmeno? Retulit ille mihi,* & *retulit ad Senatum. Qui huic obtrectant legi, eas obtrectare vires quas ipse foveris. Mihi subeunt fastidia. Quoties pugnantis imago me subit. Instravit equo penulam,* vel,

vel, *equum penulâ. Aspergo civi labem*, vel *civem labe. Induo fratri vestem*; & *induo fratrem veste. Pluit lapis, pluit lapides* & *lapidibus.*

Passivorum Constructio.

58 Passivis [a] Subjicitur [b] Ablativus agentis cum præpositione, *a, ab*, vel *abs*, & [c] interdum Dativus, ut *Laudatur ab his, culpatur ab illis.* Hor. 2. Sat. 1. l. *Cum ab hostibus constanter, & non timidè pugnaretur.* Cæs. 3. bel Gal. *Honesta bonis viris non occulta quæruntur.* Cic. 3. Offic. *Nec cernitur ulli.* Virg. 1. Æn.

a Neutro passivis item & Neutris passivè significantibus, *fio, veneo*, &c. ut, *Ab hoste venire.* Pabius. 1 2. l. e. i. *Mundus a se patitur.* Cic. de Univers. *Anima calefit ab ipso spiritu.* 3. l. de Nat. Deorum. *A vento qui fuit, unda tumet.* Ovid. 2. Fastor.

b Qui in Activo est Nominativus.

c Sed Poetis usitatior Dativus. *Videor* pro δοκῶ *I seeme*, semper habet Dativum. *Mihi videor.* Cic. 2. de Oratore. *Mihi sic videtur.* Ter. Adelph.

59 Participia verò Passiva frequentius Dativo gaudent. *Omnia tibi ut nota sint faciam.* Cic. 19. Epist. 9. l. *Omnia quæ postea vidimus, uni accepta feremus Antonio.* 2. Philipp. *Frater est expectandus mihi.* Ter. Phor. *Aliquid mihi scribendum putavi.* Cic. 5. Epist. l. 5. [d] *Hic vobis vincendum, aut moriendum, milites, est.* Epist. 22. Liv. 1. bel Punic.. *Tuo tibi judicio est utendum.* Cic. 2. Tusc.

d Huc enim referenda, quæ de Gerundio in *dum Vbi significatur necessitas* perperam tradunt. Cum merus sit Hellenismus. Ἐστί τοίνυν ὑμῖν σκεπτέον. Demosth. contra Androtionem, intelligitur χρῆμα, πρᾶγμα vel τὸ τὴ Φερυπτέον ὑμῖν. Plut. Pædag. constatque Dativus eadem, qua ipsa Participia, constructione Græca. τὰ πεπραγμένα ἔμαυτῷ. Demosth. de Corona. Πλείονι δαμεὶς Ili. χ. Πατεῖ ἀσυμμένον. Lycophron. aut etiam Impersonaliter ponitur; ut *in Itum est.* Ponitur & non raro absolute, omisso Dativo; *Orandum est.* Juvenal. 10. sat. *Utendum est arte.* Ovid. 3. de Arte.

Infinitivus.

60 Infinitivus pendet a Nominibus aut [e] Verbis: non *soles, capit, incipit, desinit, potest est* pro *licet.* ἔξεστι, debet, &c. Plerunque autem ex *quod* vel *ut* intercedente, verbū subsequens in infinitum vertitur. *quod* causalis aut rei gestæ. *Gaudeo quod tu advenisti salvus, Gaudeo te advenisse salvum.* Ter. Eun.

e Affectuum, item affirmandi & negandi; nec

Et jam tempus equûm fumantia ſolvere colla. Virg. 2. Georg. *Audax omnia perpeti.* Hor. 3. Ode. 1. l. *Ni mentiri ſolet, pejerare conſueuit.* Cic. pro Roſc. Com. *Eſt quoddam prodire tenus, ſi non datur ultra.* Hor. 1. Epiſt. 1. l. *Sentio orationem meam illorum cantu quaſi colorari.* Cic. 2. l. de Oratore.

Ut poſt verba præcipiendi aut orandi & rei futuræ. *Juſſit ut pecunia mergeretur; juſſit pecuniam mergi.* Flor. & Nominativus mutatur in Accuſativum. *Ita nobis decet.* Ter. Adelph. Græcos imitatur. τοὺς παιδικοὺς μὴ οὕτως πρέπει. Iſocr. Helen Encom. *Homini ſervo oportet.* Plaut. Mil. Archaiſmus. *Ut meliùs quicquid erit, pati.* Hor. Ode. 11. l. 1 ἄσσα πρέπει.

61 *Decet, juvat, deoportet, delectat,* Infinitivum regunt, Accuſativo ſæpe præeunte; *Quo me decet uſque teneri.* Virg. 5. Æn. *Me juvat in primâ coluiſſe Helicona juventâ.* Propert. 3. l. 5. El. *Paſtorem, Tityre pingues paſcere oportet oves* Virg. 6. Ecl.

62 Ellipſis eſt modò Verbi regentis. *Hæccine fieri flagitia?* ſc. *decet, par eſt. Criminibus terrere novis hinc ſpargere voces. In vulgum ambiguas, & quærere conſcius arma?* Virg. 2. Æn. ſc. *Cœpit.* Modo ipſius Infinitivi. *fidibus ſcire.* Ter. Eun. ſc. *canere. Athenas cogito. Rhodum volo.* Sc. *proficiſci.*

Ponuntur interdum, ſed apud poëtas maximè, Infinitivi pro Supinis & Gerundiis ſive Gerundivis. *Non nos aut ferro Libycos populare penates Venimus.* Virg. 1. Æn. *Magnum dat ferre talentum.* 5. Æn. *Dederat quæ comam diffundere ventis.* Æn. 1. Interdum & hiſtoricos. *Conſilium cepit omnem a ſe equitatum dimittere.* Cæſ.

63 Infinitivis Verborum [f] Subſtantivorum, Paſſivorum quorundam, & Neutrorum geſtus, ſubjicitur Nominativus: niſi præcedat Accuſativus aut [g] Dativus, tum enim utrinque eoſdem caſus habent: ut *Catoneſſe quàm videri bonus malebat,* Saluſt. Catil. *Catoſe eſſe quam videri bonum malebat.* * *Licuit otioſo eſſe Themiſtocli.* Cic. 1. Tuſc. *Quotibi, Tulli, ſumere depoſitum clavum fierique tribuno.* Hor. 5. Sat. 1. l. *Natura beatis Omnibus eſſe dedit.* Claudian. 1. l. in Ruhn. *Nobis neceſſe eſt fortibus viris eſſe.* Liv. l. 21. *Da juſto, ſanctoque videri* Hor. Epiſt. 16. l. 1.

f Quæ in Nominativum transfiere dictum eſt. reg. 1. Regiminis.

g Præcedente, *licet, expedit, datur,* aut alio verbo Dativum regente. * ἐξὴν ἐμοὶ ἀργῷ σιγᾶν. Ariſtoph. Plutus.

In his *Expedit bonas eſſe vobis.* Ter. Heaut. *Si Civi Romano licet eſſe Gaditano* Cic. pro Flacco, & ejuſmodi ſubaudiuntur Accuſativi ante Infinita.

Ὃς φησιν εἶναι Aristoph. Plut. pro ὃν φησιν ἑαυτον εἶναι ἁμαρτοῦσα ἤσθετο. Eurip. in Oreste. Σύνοιδα δεῖν εἰργουμένος. ibid. Ἰστω λαχῶν ὄλβον. Pindar. Nem. Ode 9.

Hellenismi sunt illa. *Patiens vocari Cæsaris ultor* Hor 2 Ode. 1. l. *Sensit medios delapsus in hostes.* Virg. 1. Æn. *Sed enim, quia retulit Ajax esse Jovis pronepos.* Ovid 13. Metam. *Acceptum refero versibus esse nocens.* Ovid. 3. Trist. *Tutumque putavit jam bonus esse socer.* Lucan. 9. l. Et audacior ille Catulli. Atticismus, *Phaselus ille, quem videtis, hospites, ait fuisse navium celerrimus.* 4. Carm.

Futurum Infinitivi in *rum.* priscis erat, utriusque numeri & omnium generum. *Credo ego inimicos meos hoc dicturum.* ex oratione C, Gracchi citat Agell. l. 1. c. 7. aliaque ut asserat illud. Ciceronis in Verrina. 5. *Hanc sibi rem sperant præsidio futurum. Has ribi redditum iri putabam prius* Cic. ad Attic. 7. l. 1. Epist.

De Gerundiis.

64 Gerundia in *di*, tanquam Genitivi reguntur a [h] Substantivis quibusdam & [i] Adjectivis: *Finem faciam scribendi.* Cic. 1 Epist. l. 4. *Amor urget habendi.* Virg. 4. Georg. *Homines bellandi cupidi.* Cæs. 1. bel. Gal. *Insuetus navigandi.* 5. bel. Gal. *Certus eundi.* Virg. 4, Æn.

h *Studium, tempus, ars, ocium, voluntas, occasio, gratia, causa,* &c. quæ apud Ter. in Adelph. Subintelligitur, *Ne id assentandi magis, quam quod habeam gratum, facere existimet.*

i Quæ Genitivum regunt, *cupidus, peritus, ignarus,* &c.

65 Gerundia in *do*, ut Ablativi pendent a Præpositionibus, *A, ab, abs, de, e, ex, cum, in pro:* ut, *Ab invidendo, rectè invidentia dici potest.* Cic. 3. Tusc. *Quis est tam in scribendo impiger, quam ego?* Cic. 2. l. *Negligens in scribendo fuisse videar.* 3. l. 9 Epist.

66 Ponuntur & citra Præpositionem tanquam Ablativi modi vel causæ: ut, *Nihil est, quin malè narrando possit depravarier.* Ter. Phorm. *Defessus sum ambulando* in Adelph. *Omnia conando docilis solertia vicit.* Ma. 1. l. *Alitur vitium vivitq;* [k] *tegendo.*

Infinitivus a Poëtis loco hujus Gerundii ponitur. *Studium quibus arva tueri.* Virg. 1. Georg.

k Passive significant quæ sequuntur exempla. Quâ significatione & Dativi constructionem quandoque subeunt, *Rubens ferrum non est habile tundendo.* Plin. l. 35. c. 15. *Emporetica inutilis scribendo,* 13. l. 12. c. *Radix ejus vescendo est decocta.* l. 41. c. 16. *Nitrosa utilis est bibendo.* l. 31. c. 6. Etiam Activè significanria. *Epidicum quærendo operam dabo.* Plaut. Epidic. *Mox apta natando Crura dat.* Ovid. 15. Met. Qua ratione & illa efferuntur, *Nec solvendo eras.* Cic. 2. Philippic. *Cum solvendo civitates non essent* Epist. 8. l. 3. fam. per Ellipsin τῶν par, *habilis, idoneus, aptus, accommodus, bonus:* quæ non raro adduntur. *Dummodo perpetiendo labori sit idoneus.* Columel. l. 1. c. 9.

Virg.

Virg. 3. Georg. *Ægreſcitque medendo Æn.* 12. *Vritque videndo, Fœmina.* 3. Georg. *Cantando rumpitur anguis.* 8. Eclog *Memoria excolendo, ſicut alia omnia, augetur.* Quintil. l. 2. c. 3.

67 Gerundia in *dum*, Accuſativorum ritu, reguntur a Præpoſitionibus *Ad, inter, ante, ob, propter, Locus ad agendum ampliſſimus.* Cic. pro Lege Manilia *Inter agendum.* Virg. 9. Eclog. *Ante domandum Ingentes tollunt animos.* 3. Geor. *A quo ob abſolvendum munus acceperis.* Cic. 4. Ver.

Plus eloquentia circa movendum. Valet. Quintilian.

Accuſativus qui Gerundia Activa ſequitur, redditur, ut plurimum, idque elegantius per Gerundiva ſeu Participia in *dus*, mutato Subſtantivi Accuſativo in caſum Gerundii. *Di* ſcil. in Genitivum; *do* in Ablativum vel Dativum. *dum* in Accuſativum: ut, pro *Veſtram libertatem defendendi*, dixit Cicero, *Princeps veſtræ libertatis defendendæ ſemper fui.* Philipp. 4. pro, *Vulnera curando atque exercitum ſupplendo*; Liv. 2. l. *Quod vulneribus curandis ſupplendoque exercitui ſatis eſſet.* Pro eo quod habet Virgilius 11. Æn. *Pacem Trojano ab rege petendum*, imitatus illud Lucretii. l. 1. *Pœnas in morte timendum*; mollius ad aures venit *pacem petendam.* In Gerundio verò in *di* (ne aures offendat tonitrualis iſte ὁμοιοτελεύτων horror, *Patrum veſtrorum videndorum ſtudio*, aut) retinetur Accuſativus, *Equidem efferor ſtudio patres veſtros videndi.* Cic. in Somnio Scip. Aut ipſum Gerundium, & accuſativus in Genitivum Pluralem vertitur, ut *Patrum veſtrorum videndi ſtudio.* Quod autoribus ſolenne. *Novarum qui ſpectandi faciunt copiam.* Ter. in Prol. Heaut. *Reliquorum ſiderum quæ cauſa colloçandi fuerit.* Cic. de Univerſ. *Cauſarum orandi cupiens.* Agell. l. 5. c. 10. Quod & mirius fit in *Sui* & *Veſtri* pluralibus. *Neque ſui colligendi hoſtibus facultatem relinquunt.* Cæſ. 3. bel. Gal. *Veſtri adhortandi cauſâ.* Liv. l. 21.

De Supinis.

68 Prius [i] Supinum Activè significat, & sequitur Verbum aut Participium significans motum ad locum. ut, *Spectatum veniunt.* Ovid. 1. de Arte. *In Asiam ad regem militatum abiit.* Ter. Heaut. *Cur te is perditum?* Andr.

69 Posterius Supinum sequitur Nomina [m] Adjectiva: ut, *Nil dictu fœdum, visuque hæc limina tangat Intra quæ puer est.* Juven. 14. Sat. *Optimum factu ducebat.* Cæs. 4. bel. Gal. *Mirabile dictu.* Virg. 2. Æn.

IA verbo Activo Namque in Neutropassivis passivè significat, ut, *Do venum servos. In Volscos exulatum abiit,* & cum Infinito *iri. Postquam audierat non datum iri uxorem filio,* Ter. Andr.

m *Dignus, indignus, fœdus turpis facilis,* &c. Atque hæc Substantiva *fas, nefas,* & Verba quæ significant motum a loco. *Obsonatu redeo.* Plaut. Men. *Primus cubitu surgat.* Cato. R R. c. 5. *Venatu rediturum.* Statius. 1. Achill. quæ actionem significare videntur, Nisi Nomina censenda sint. Neque tamen iis assentior qui posteriora supina omnino rejiciunt ad Nomina quartæ inflexionis.

De Tempore.

70 Terminus temporis *quando* quid factum sit in Ablativo effertur: ut, *Neque quo die datæ essent, aut quo * tempore te expectarem, significabant.* Cic. 19. ep. 2. l. *Festo die si quid prodegeris, profesto egere liceat, si non peperceris.* Plaut. Aul.

71 Spacium temporis, quod respondet ad quæstionem factam per [n] *quamdiu?* in Accusativo frequentius effertur; interdum & in Ablativo, *Noctes atque dies patet atri janua Ditis.* Virg. 6, Æn, *Annos natus sedecim.* Ter Eun. *Iam dudum ætatem.* ibid, *Triduo hoc perpetuo.* Ter. Adelph. *Toto die.* ibid.

Additur quandoque Præpositio: ut, *in eo tempore.* Agel. 7. l. 5. c. *Ad tertium Calendas. Ad xvi, Cal. Sextiles* Cic. *Cum prima luce. Ante biennium. De die convivari, De nocte vigilare. Intra paucos dies, Per id tempus.* Et per Ellipsin *Id temporis, isthuc ætatis. De quartâ Vigiliâ.* Cæs. *In ante diem. Ex ante diem Non.* Iun. 13 Epist. l. 3. ad Attic.

* Luci, tempori, *vesperi,* sunt antiqui ablativi pro *luce tempore vespere.*

n *Quam pridem* item & *quamdudum.* Prepositiones *per, ad, ante, in* videntur intelligi; quæ non rarò apponuntur. *Ad multam noctem. Ad horam nonam in anchoris expectavit.* Cæs. 4. bel Gal *In diem, in horas; in posterum. Hanc domum iam multos annos est, cum possideo.* Plaut. Aul. i. e. *Est jam ante multos annos, cùm domum hanc possideo* Ita Cicero. *Triginta dies erant ipsi, cum has dabam literas.* 3. l. ad Attic. 21. epist. *Intra annos xiv. tectum non subierunt.* Cæs. 1. bel. gal. sic. *Sexaginta annos natus* i. e. *ante annos 60,* vel 60. *sunt anni ex quo natus est*

Vixit

Vixit annos viginti novem, imperavit triennio & decem mensibus, diebusque octo. Suet. Caligula.

o Loca, regiones & Urbes.

72 Nomina regionum, insularum, provinciarum, ut & Appellativa, Præpositionem sequuntur: ut, *Ex Asiâ rediens, cum ab Æginâ Megaram versus navigarem.* Sulpicius ad Cic, 5. Epist. 4. l. *Cum per Asiam decedam.* 11. Epist. 3. l. *Impetravit ut judicium ex foro in basilicam transferretur.* Senec.

72 Urbium nomina quæ in loco significant, & respondent ad quæstionem *ubi*, si numeri sint singularis, & primæ vel secundæ declinationis in Genitivo efferuntur. Si Pluralis tantùm numeri aut tertiæ declinationis in p Ablativo. Ut, *Omnia Romæ venalia.* Salust. Jugur. *Morari Carthagine statuit.* Liv. 4. l. *Romæ Tibur amem ventosus, Tibure Romam.* Hor. 1. l. epist. 8. *Quum Laodiceæ, quum Apameæ, quum Synadis, quum Philomeli, quum Iconij essem* Cic. Epist. 8. l. 3. *Jam oracula Delphis non redduntur.* l. 2. de Divinat.

o Vide Ciceronem. 3. l. ad Attic. 7. Epist. & 7. l. 3. Epist.

Omittitur aliquando Præpositio, *Ibitis Italiam.* Virg. 3. Æn. reg 91.

Peto pro *proficisci* non admittit Præpositionem. *Dum ipse terrestri itinere Italiam peteret.* Liv. 1. l, *In urbe* vel *oppido* videtur intelligi, quod aliquando additur, Vt, *In oppido Antiochia.* Cic ad Attic. 5. l, epist. 18. Vnde & simplici contenta sunt præpositione. *In Cajeta. In Epidauro.* Plaut. Interdum per *ad* & *apud* in Accusativo; *Prima quod ad Trojam pro charis gesserat Argis,* Virg. 1. Æn. *Depugnavi apud Thermopylas.* Cic. de Sen. *Fui ad Corinthum* Idem. Quandoque & insulæ nomen. *Cretæ confidere jussit.* Virg. 3. Æn. *Cum audisset Pompeium Cypri visum.* Cæs. 3. bel. civil.

p Namque *Tiburi, Carthagini Sicyoni, Anxuri,* &c. quæ apud idoneos autores leguntur Ablativos esse tertiæ declinationis in *e* vel *i* exeuntes, dictum in Etymologia.

74 q *Humi, domi, militiæ, belli, ruri* vel *rure*, propriorum sequuntur formam: ut, *Unâ semper militiæ & domi fuimus.* Ter. Adelph. *Belli domique agitabatur.* Sal. Jugurth. *Nihil meâ interest humine an sublime putrescam.* Cic. 1. Tusc. *Sed rure paterno est tibi far modicum.* Pers. 3. Sat. *Ruri se continebat.* Ter. Phorm.

q Ut χαμαὶ & οἴκοι. Sic, *proxima vicinia habitat.* Plaut. *Terræ procumbere* Ovid. 2. Met.

Vsurpantur interdum & in Ablativo. *Et requievit humo.* Ovid. 10. Meta. *Domo me contineo* Cic. pro Domo sua. *Abde domo.* Virg. 3 Georg. *Nam senex rus abdidit se.* Ter. Adelph.

Domi non alia admittit adjectiva, quam *meæ, tuæ, ſuæ, noſtræ, veſtræ, alienæ. Non mavis, ſine periculo domi tuæ eſſe, quam cum periculo alienæ?* Cic 7. Epiſt. l. 4.

75 Urbium propria, ubi motus ad locum ſignificatur, & ad quæſtionem *quo?* reſpondetur; in Accuſativo [r] citra Præpoſitionem efferuntur: ut, *Athenas, tanquam ad mercaturam literariam profectus eſt.* Cic. *Epiſtolas Catinam, Tauromenium, Syracuſas commodius mittere potero.* Cic. ad Attic. 14. 1. l.

Sic [f] *Domum & Rus: Domum revertor mœſtus.* Ter. Heaut. *Rus ibo.* Ter. Eunuch.

76 Propria Urbium motum a loco aut per locum ſignificantia, (& quærenti *Unde?* aut, *qua?* reſpondentia) in Ablativo [t] ſine præpoſitione redduntur. *Qui Capuâ Romam petit.* Hor. 1. l. 7. epiſt. *Diſceſſit Brundiſio.* Cic. Epiſt. 14. l. 4.

Sic [u] *Domo & Rure, Domo dudum huc accerſita ſum.* Plaut. *Vidco rure redeuntem ſenem.* Ter. Eun.

r Quandoque adhibetur Præpoſitio, *Adoleſcens profectus fum ad Capuam, quinto anno poſt ad Tarentum.* Cic. de Senect. *Ego ire in Tyræum volo,* Plaut. *Coimus in Pyræeum.* Ter. Eun.

ſ Et alia appellativa ponuntur citra præpoſitionem. *Quaſcunq; abducite terras.* Virg. 3. Æn. *Spelunca Dido dux & Trojanus eandem Deveniunt.* 4. Æn. *veſtras quiſque redite domos.* Ovid Epiſt. Laodam.

t Nec rarò cum Præpoſitione. *Ab Roma. a Brund. ſio.* Cic.

u Et *per locum,* Appellativa. *Hæc recta platea.* Ter. *Terrâ marique ut conquireretur.* Cic. *Ibam forte viâ Sacrâ.* Hor. l. 1. Sat 9. *Vagantur lati atque erecti toto foro.* Cic. pro Fonteio.

Præpoſitio.

Accuſativum regunt iſtæ.

a *Ad*, to.	*Adverſus*	Againſt.
b *Apud*, at.	*Adverſum*	
Ante, before.		

Exemplis Præpoſitionum, ſignificationis in uſu quotidiano obviæ ſuperſedendum duxi: nonnulla ſignificationis minùs uſitatæ adjicienda curavi.

a At; *Ad Calendas Græcas, Qui tibi ad forum præſtolatur.* Until, *Ad multam noctem.*

b With, *Nec alius quiſquam apud eum plus valet.* Before; *Res agitur apud judicem.*

c Towards; *Omnia te adverſum ſpectantia.*

Cis

Cis
Citra } On this side.
Circum
Circa
Circiter } About.
[c] *Contra*, Against.
Erga, Towards.
[f] *Extra*, Without.
[g] *Inter*, Betweene, among.
Intra, Within.
Infra, Beneath.
Iuxta, Beside or next to.
[h] *Ob*, For.
[i] *Penes*, In the power.
Per, By or through.
Pone, Behinde.
[k] *Post*, After.
[l] *Præter*, Beside, except.
Propter, for, or neare by.
[m] *Secundum*, According to.
Secus, By.
[n] *Supra*, Above.
Trans, Over, on the other side.
[o] *Versus*, Toward.
Vltra, Beyond.

d Without, *Citra Senatus populique auctoritatem.*
e Over against, *Carthago Italiam contra.*
f Besides; *Extra te unum nemo ita sentit.*
g At, or amidst, *Inter cœnam.*
h Before; *Fœda mors oculos versabatur.*
i With; *Penes eosdem sunt pericula pœnes quos præmia.*

k Behinde; *Post fanum patre Vacuna.* l Beyond; *Ita fugias ne præter casum.* m Neare; *Secundum aurem vulnus accepit.* Next to; *Prope & secundum Deos.* On our side; *Secundum nos pronunciavit.* n Beyond; *Supra fidem & fidem.* o Adverbium potius: beneficio tantum Præpositionis desideratæ regens casum. *Ad meridiem versus.* Liv. 1. *In Arvernos versus.* Cæs. 7. bel.

Ablativum ducunt istæ.

[p] *A, ab, abs*, From, of, or by.
Absque, Without.
Coram, Before.
Cum, With.
[q] *De*, Of, concerning.
[r] *E, ex*, Of, out of.
[s] *Præ*, Before, or in comparison.
[t] *Pro*, For.
Sine, Without.

p Since, *Cujus a morte trigesimus est hic annus.* After *A cœnâ ortus est sermo varius.* For, on our side, *A nobis stetit.*

Servants or Officers. *Ab epistolis, a rationibus, a secretis, a cyathis. Pastor ab Amphryso.* i. e Amphrysie. A & e consonantibus præponuntur, *ab & ex*, dictionibus a vocali, nec non a consonis, *j, l, r*, inchoantibus. *Abs* incipientibus, a *t* & *q*.
q Out of, *De piscina.* By, *Surgunt de nocte latrones.* About, *De tertia vigiliâ.* r Ever since; *Ex illo Corydon, Corydon est tempore nobis.* s For, or by reason of; *Præ lætitia lacrymæ prosiluntmihi.* t Before; *Pro foribus, pro limine, pro pedibus*, ut πρὸ τῶν θυρῶν. Out of, or after; *Pro opinione vulgi.*

In, sub, super, subter, clam, utrumque regunt casum.

79 *In* u significans motum ad aliquid, vel in formam; item pro *Erga, contra, per, ſuper, ad, apud, uſque ad,* Accuſativum ducit. *An, quo via ducit, in urbem?* Virg. 9. Ecl. *Verſa eſt in cineres.* Ovid. 1 epiſt. *Magna viſlexa domatur In burim, & curvi formam accipit ulmus aratri.* Virg. 3. Georg. *Si manus in præſens tempus receuti memoria ſcelerum eſt eorum, at in poſteritatem.* Cic. 1. Catil. *Accipit in Teucros animum mentemq; benignam.* Virg. 1. Æn. *In te conferris peſtem illam, quam tu in nos machinaris.* Cic. 1. Catil. *Creſcit in dies ſingulos hoſtium numerus.* ibid *Sileturin noctem.* Virg. 4. Georg. *Regum timendorum in proprios greges, Regis in ipſos imperium eſt Iovis.* 3. l. 1. Ode. *Oculi omnium judicum non in Scamandrium, ſed in Oppianicum conjiciebantur.* Cic. pro Cluentio. *Vereor coràm in os te laudare.* Ter. Adelph. *In legem per vim latam jurare noluerat.* Cic. pro Sexto. *Iurare in Verba Magiſtri,* Hor. 1. l. 1. Epiſt. *Non probantur in vulgus.* Cic. Parad. *In nonas Febr. conſilium cædis tranſtulerunt.* Saluſt. Catil.

u *Into, towards, againſt, over, to, upon, with, until.*

80 *In* x quietem in loco ſignificans a Ablativum præit. *Mihi erat in animo.* Cic. 2. l. 13. Epiſt. *Videor mihi in alieno foro litigare.* Martial. Epiſt. ad 12. l. Et pro x *Inter*: ut, *In amicis habere.* Saluſt. Jugurth.

x *In, among.*

a Accuſativum aliquando in hac ſignificatione interpant autores. Ter. Eun. *Ille ubi miſer ſimeltcus videt me eſſe in tantum honorem.* Cic. in famil *In prædonum fuiſſe poteſtatem.* Cæſ. 1. bel. civ. *in poteſtatem haberet.* Plaut. familiariter. Cic. de Nat. Deorum. *Homines morte deletos reponere in Deos.*

81 *Sub* pro *paulo ante,* vel *paulo poſt* b Accuſativum regit: *Sub noctem naves ſolvit.* Cæſ. 1. bel. civ. *Sub equeſtris ſinem certaminis.* Liv. 2. bel. Punic. *Sub eas ſtatim citatæ ſunt tuæ.* Cic, 16. Epiſt. l. 10. Et poſt verba motus. *Se in columes omnes ſub jugum miſſurum.* Saluſt. Jugurth. *Non eſt beneficium, quod ſub oculos venit.* Sen. benef. 1. l. 5. c. *Sub imperium ſuum cogere.* Saluſt. Jugurth. *Quæ Dit is magni ſub mœnia tendit.* Virg 6. Æn.

b Quandoque & in Ablativo. *Sub ipſa die.* Plin. 32. c. l. 8. *Sub exitu vitæ* Sueton. in Nerone, c. 54.

Alias

c Alias Ablativum ducit. *Sub ipsis radicibus montium consistit.* Sal. Catil. *Sub pedibusque videt nubes & sidera Daphnis.* Virg 5. Ecl. *Somno positæ sub nocte silenti Lenibant curas.* 4. Æn.

c Cùm significat *subtus*, & quasi quietem in loco vel tempore: ut *Sub die, sub manu.* Senec. 72. Epist.

82 *Super* pro *ultra, plusquam, præter* & *inter* d Accusativum regit. *Super & Garamantas & Indos Proferet imperium.* Virg. 6. Æn. *Erant enim super mille.* Sueton. August. c. 35. *In singulos peditis super bina Sestertia dedit.* In Julio Cæsare. 34. c. *Animadvertit, super gratiam atque pecuniam suam, invidiam facti esse.* Sal. Jugurth. *Sed te super omnia dona Unum oro.* Virg. 9. Æn. *In sermone nato super cænam.* Sueton. in Julio Cæsare. c. 34.

d Et Ablativum temporis quandoque, *Nocte super media.* Vir. 9. Æn.

Super pro *de* Ablativo gaudet. *Multus super eâ re variúsque rumor.* Tacit 4. l. *Neque super tali scelere suspectum se haberet.* Sal. Jugurth. *His accensa super.* Virg. 1. Æn.

Proprie verò & genuino significatu utrumque casum admittit. *Fama super æthera notus.* 1. Æn. *Sæva sedens super arma* ibid. *Fronde super viridi.* Virg. 1. Eclog.

83 *Subter* uno eodemque significatu Accusativo aut Ablativo inservit. *Occultas egisse vias subter mare.* Virg. 3 Æn. *Omnes Ferre libet densâ subter testudine casus.* 9. Æn.

Alij clanculum patres quæ faciunt. Ter. Adelph. *Tenus* semper casui suo postponitur 3 ut & *Versus*, de quo supra dictum potius Adverbiũ videri. Sic per Anastrophen *penes, cum, contra, circum, super, de, fine, juxta, ultra, intra, inter, supra, coram.*

84 *Clam*, alterutrum etiam sortitur casum: *Clam viro.* Plaut. Amphit. *Ut clam partus eveniat patrem.* Ter. Hecyr.

85 *Tenus* Ablativo tum singulari, tum Plurali gaudet. *Lateri capulo tenus abdidit ensem.* Virg. 2. Æn. *Potifæce tenus cadi.* Hor. 3. l. 15. Ode. *Pectoribus tenus.* Ovid. 5. Met. Hæret & Genitivo Pluralium. *Nutricum tenus.* Catul. 65. carm. *Cumarum tenus.* Cic. Epist. 1 l. 8. Dualium usitatissime.

me. *Crurum tenuis.* Virg. 3. Georg. *Aurium tenuis.* Quintilian. l. 12. *Lumborum tenuis.* Cic. in versione Arati.

86 Præpositio in compositione eundem nonnunquam casum retinet, quem & extra compositionem regebat: ut *Circumspice* f *omnia membra Reip.* Cic. 13. Epist. l. 5. *Prætery imprudens* [illegible] Ter. Eun. *Neu quid medios intercinat* [illegible] Horat. Epist. ad Pisones. *Averstus mercaturis* [illegible] 2. l. *Si dicentis erunt fortunis absona dicta* Epist. ad Pisones, *Decedo provincia, via, sententia, magistratu, possessione.* Cic. Tac. Plin. *Supersedere labore itineris.* Cic. 2. Epist. 4. l. *Excludit sanos* g *Helicone poetas Democritus.* Hor. Ep. ad Pisones. *Ardentem frigidus Ætnam insiluit.* Ibid.

f Sic *Ambio honores, Ambio amicitias*: *am* significante, quod *circum* ab ἀμφί.

g *Cum limen exirem.* Ter. Hec. *Annum tertium & Octogesimum excessit,* Plin. 2. Epist. 1. l. *Exiluit cathedram.* 16. Epist. 3. l. *Provincia fines egressum,* Cæs. 1. bel. Gal. Videntur Hellenismi. Ἐκπερεύομαι τὸ βαλανεῖον. Pol. 6, l. 1. ab ἐκτὸς extra, fortè quod & Accusativo jungitur. Sic *Volucremque fugâ prævertitur Hebrum.* Virg. 1. Æn. *Cursuque pedum prævertere ventos.* 7. Æn. i. e. *prævertere.* 3. Georg. *Qui regna Dauni præstitit,* Hor. 4. l. 15. Ode. *Fontes avertitur.* i. e. *avertitur.*

87 * Præpositiones sæpe omittuntur, *Devenere locos lætos.* Virg. 6. Æn. h *Magnam enim partem ex Iambis nostra constat oratio.* Cic. in Oratore. *Expectabam hodie, aut* h *summum cras ab eo tabellarios.* 13. l. ad Attic. *Ire suppetias, exequias, inficias.* Ter. phorm. *Nunc* i *id prodeo.* Ter. Eun. k *Mæria aspera juro.* 6. Æneid. l *Id ætatis.* Cic. 4. Verrin. *It* m *portis.* 4. Æn. *Ut se* m *loco movere non possent* Cæs. 3. bel. Gal. *cedes* m *coemptis saltibus, & domo villaque.* Hor. 3. Ode 2. l. n *Ære cavo clypeum.* 3. Æn. *Vina promens dolio.* Hor. Epod. 2. *Soldoque* n *adamante columnæ.* 6. Æn. *Quid* o *hoc homine faciatis.* Cic. 3, Verrin. *Nunc primum audio, quid illo factum sit.* Ter. Andr. *Quid me futurum censes?* Heaut. *Si Resp.* p *commodo fieri possit.*

* *Ellipsis Præpositionum.*

h *Ad.* Sic enim pro Milone, *Quatuor, ad summum, quinque sunt inventi. Eta plurimum, minimum.* ἐπὶ τὸ πολύ. ἐπὶ τὸ πλεῖστον.

i *Ob* vel *propter.*

k *Per.* Græcism. Πόθεν ἐκεῖσε ἔπλευσας Aristop. Nubes.

l *Ad* vel *extra.*

m E vel *de.* *Non ut de sede secunda Cederet.* Hor. Epist. ad Pisones.

n *Ex* Virg. 3. Georg. *Ex auro solidoque Elephanto.* Materia sc.

o *De* ut Cic. *Quid de Pub. Clodio fiat, rescribe.* l. 2. ad Attic. p *Cum Quod cum salute ejus fiat.* Ter. Adelph.

fit.

ſit. Cæſ.6.bel.Gal. q *Simul his.* Hor. 10. Sat. 1.l. *Pravâ* r *ambitione procul.* 6.Sat.1.l. *Tertio Calendas.* i. ante calendas.

88 ſ Redundant quandoque & Præpoſitiones: *Amicos advocabo ad hanc rem.* Ter. *Quod ad hanc rem attinet.* Ter. Phorm. *Avertere a miſeriis cogitationem.* Cic.6.l.1. Epiſt. *De fama tua detrahere.* 8.Epiſt. 3.l. *Ut e finibus ſuis exeant.* Cæſ.1.bel.Gal. *Nonne oportuit præſciſſe me* t *ante?* Ter.Andr.

89 Conjunctiones copulativæ & disjunctivæ ſ item exceptivæ, *niſi præterquam, an,* & electivæ, *quam, ac* t *atque,* ſimiles ut plurimum caſus modos ac tempora connectunt; Quandoque autem pro diverſâ ſtructurâ, diſſimiles u caſus, modos, & tempora,

q *Cum* quod fere conticeſcit, niſi in ſocietate & comitatu. Απαλοῖς ἅμα μυρίοις Antho. ζῆν ἐφῶπκα.

r *A* vel *ab.* Πορφύρῳ ἠδὲ χιτῶνι ὀλλας. Iſocrates Areopag. Deſideratur ἀπὸ.

ſ *Pleonaſmus Præpoſitionum.*

t Præpoſitiones non raro migrant in Adverbia. *Coràm quem quæritis, adſum.*

ſ Nec non Adverbia ſimilitudinis, *ceu, tanquam, velut, quaſi, uti.* item *cum* & *tum* relata, Et *tum* geminatum. t *Edera virenti Gaudet pullâ magis atque myrto.* Hor.1.l.25. Od.

u *Balnea ſexcentis, & plurìs porticus.* Juvenal. 7. Sat. ſic. *conſtat.*

Conjunctionum aliæ ſententiam aut clauſulam inchoant: *Nam, at, aſt, ac, atque, &, aut, vel, nec, neque, ſi, quin, quatenus, ſin, ſeu, ſive, ni, niſi, ſed, verum.*

Aliæ dictioni, uni aut alteri ſubjiciuntur: *Enim, quidem, quoque, autem, vero.*

Reliquæ indifferenter præponi aut poſtponi poſſunt.

Quæ quibus inſerviant Modis Adverbia & Conjunctiones.

Ut x cauſalis, vel pro *ne non* poſt *metuo, timeo, vereor*; aut etiam Concedentis, aut pro *ut pote* Subjunctivum requirit.

Ut y pro *poſtquam, quemodo, ſicut,* Indicativo gaudet.

Cum pro *quod* Indicativum; pro z *quand*, *quoniam*, *quan-*

x *That, ſay that, as that. inter duo verba.*

y *After that, how, as.*

z *When as, becauſe that, ſeeing that.*

doquidem, Subjunctivam ſæpius, nonnunquam & Indicativum admittit.

a *So long as.* b *Till that,* c *So that.*

Dum & *donec* pro a *quamdiu* Indicativo gaudent; pro b *quoad* vel *uſquedum* Indicativo vel Subjunctivo. *Dum* pro c *dummodo* Subjunctivo.

Interrogativa, *Vbi, unde, quare*, &c. Indicandi modum aſciſcunt.

d Ratione ſc. alterius verbi præcedentis, vel etiam ſubſequentis, unde pendere videntur. Quod etiam in Relativis & infinitis fit. *Reviſo quid agant* Ter. *Quæritur qualis ſit.* Cic.

Vbi & *Cùm* temporis adverbia; modò Indicativum, modò d Subjunctivum poſcunt. Nec non *Priuſquam, antequam, poſtquam, ſimul ut, ſimul ac, ſimul atque.*

Quoad pro *quamdiu* Indicativo vel Subjunctivo pro *donec* Subjunctivo ſoli adhibetur.

Ne prohibendi Imperativo aut Subjunctivo præponitur: Interrogandi Enclitica, *ut* & *an* & *num* Indicativo: Dubitandi, indefinitè poſita, & pro *ut non*, Subjunctivo.

e *Even as, as if, as though.*

Quaſi e *ceu*, tanquam, *ptrinde, ac, ſi*, ſimilitudinis Adverbia Indicativum poſtulant: Simulationis Subjunctivum.

Etſi, tametſi, etiamſi, quanquam, in principio orationis Indicativum, aliàs Subjunctivum requirunt.

Quando, quandoquidem & *quoniam* Indicativo junguntur.

Ni, niſi, ſi ſin, ſiquidem, quod quia quamvis Indicativum admittunt & Subjunctivum. *Quin*, exigentis Indicativum poſcit. f Cauſalis utrumque modum. Ut & *licet.*

f *But that.*

Quippe Indicativum amat. *Quippe qui* & *ut pote qui* utrumque modum.

Aſyndeton.

Conjunctiones compendii cauſâ omittuntur: ut, *Sine videam, Cogites velim*, Cic.

Interdum & redundant. *Fataque fortunaſque virum, moreſque, manuſque.* Virg. 6. Æn.

Polyſyndeton.

Comma Conjunctionis vice quandoque fungitur. *Corpus debilitant balnea, Vina, Venus.*

Puncta, quibus diſtinguuntur, notanturque ſententiæ.

Comma articulos Sententiarum a ſe mutuò diſcernit,

nit, nondum structurâ aut sensu perfecto: & sic notatur ,

Colon, structuram quidem verborum, perfectam continet: sensum verò suspendit, monetque redditionem, adaptionem, aut alteram sententiæ partem expectari, & sic notatur :

Est & intercisio, mediæ inter comma & colon moræ, quam *Semicolon* vocant, notantque ad hunc modum ;

Periodus, sententiam perfectam jam & absolutam claudit, & sic notatur .

Interrogationis nota est ? Exclamationis, admirationis & deplorationis hæc !

Parenthéseos denique ista ( ) tanquam si placeat hic omnium simul typus *

* *Tun' tibi Grammatici nomen arrogare ausus? quid? an quia centonem (quem vel puero compilasse non fuerat difficile) miserrimè consarcinasti? in quo non autores modò, in quibus planè hospes appares, turpiter ementiris; sed & exempla plurima e trivio eruta ad Lesbias regulas apponis: neque uspiam vel eruditæ frugis salit mica; neque artis supra vulgus eminentis fluit gutta. Os hominis! cui scruta sua, σκύβαλα atque putidissima analecta pro lacte habentur Veneris & Iovis cerebro: quas tamen damnatas chartas non aliud manet fatum quàm illud annalium Volusi*, &c.

De Syllabarum, pedum metricorum, & versuum lege atque ratione.

Syllaba, vel longa est, & sic notatur, *āudāx* : vel brevis, sic, *bēnē*. sunt & quædam communes, modò sc. longæ, modò breves, ut prima in *Orion*.

Syllaba brevis unius est temporis: longa vero duorum.

Ex Syllabis justo numero & quantitate dispositis fiunt pedes.

Pedes

Pedes usitatiores. Dissyllabi.

Spondæus, constans ex duabus longis Syllabis, ut, *Vīrtūs.*
Iambus, ex brevi & longa; ut, *ămāns.*
Trochæus. vel Choreus, ex longa & brevi; ut, *cōllĕ.*

Trissyllabi.

Dactylus, ex tribus constat Syllabis, primâ longâ, reliquis duabus brevibus; ut, *mittĕrĕ.*
Anapæstus contra, ex una longâ, & duabus subjectis brevibus: ut, *piĕtās.*
Tribrachus, ex tribus brevibus; ut, *dŏmĭnĕ.*

Versus & versuum usitatiorum genera.

Ex pedibus, certâ lege dispositis, constituitur Versus.

Versus, in Scholis usitatissimi, sunt Elegiaci; Pentameter nempe Subjectus Hexametro.

Versus Hexameter seu Heroicus constat pedibus sex; e quibus quintus est dactylus; Sextus Spondæus: præcedentes quatuor, promiscuè Spondæi vel Dactyli; ut,

In nŏvā-fĕrt ănĭ-mūs mū-tātās-dicĕrĕ-fōrmās.

Omne genus Versuum concinnius fluet, si pedes ex diversis dictionibus sint concatenati, neque singuli fatiscentes ex singulis vocibus constent. Ubi etiam paucissimi hiatus a Synalœpha aut Eclipsi.

Reperitur, sed hoc rarius, Spondæus in quinto loco.

Versus Pentameter constat pedibus quinque, sed ita in duo hemistichia divisis; ut utrinque pedes duo sint cum Syllabâ longâ: priores duo promiscuè dactyli vel Spondæi cum Syllabâ longa; duo posteriores omnino dactyli, cum Syllabâ item longâ: ut,

Rēs ĕst-sŏlĭcĭ- tī-- plēnă sŭ-mōrĭs ă-mōr,

Gratius erit Hexametri modulamen quod a Penthemimeri incipit; quod dissyllabo aut trissyllabo exit: si a monosyllabo aut polysyllabo, ingratum.

Pentameter claudatur dictione dissyllabâ, eaque vel *Verbo* tanquam clavi signante sententiam vel *Substantivo*. Neque enim locus hîc Adjectivo, nisi *meæ, tuæ, suæ*: ocioso epitheto minimè.

Operæ

Operæ etiam precium fore spero, modos & leges apponere, Adonii, Archilochii, Asclepiadei, Sapphici, Phalæcii & Iambici.

a Adonius versus constat Dactylo, & Spondæo; ut,

Ocĭŏr aūrā &, Crīnĕ dĕcōrūm.

a Archilochius constat duobus Dactylis & Syllaba; ut,

Rīpă bĕ-ātă Tă-gī, &, Jūgĕră-pāucā sŏ-li.

Asclepiadeus ex Spondæo, Dactylo & longâ Syllabâ, & duobus deinde Dactylis; ut,

Mæcē-nās ătă-vīs -- ēdĭtĕ-rēgĭbŭs.

Sapphicus constat ex Trochæo, Spondæo, Dactylo, & duobus trochæis, ut,

Intĕ-gēr vī-ta scĕlĕ rīsqŭe-pūrŭs.

Et ternionibus singulis subjiciunt Lyrici versum Adonium.

Phalæcius ex Spondæo, dactylo, & tribus trochæis: ut,

Vītām- quæ făcĭ-ūnt bĕ-ātĭ-ōrēm. b &,
Non in-gratŭs ă-gēr, fŏ-cūs pĕrēnnīs.

* Jambicus, utrus constat Jambis solis: ut,

Sŭīs- ĕs ip -să Rō-mă vī - rĭbūs- rŭīt,

Ut tamen graviore cum pondere ad aures veniret, & majore cum majestate niteretur cothurno, in locos impares recepit Spondæum, mox Dactylum & Anapæstum: quorum utriusque tempora æqui pollent Spondæo: in Secundâ item vel quartâ sede admisit tribrachum, nec tamen in eodem versu duos.

Iūs ēst- ĭn ār- mīs ōp- prĭmīt- lēgēs- tĭmōr. c

a Hi duo additi in tironum gratiam, quo his primum exercitati ad Elegiacos procedant. Ubi *Adonius* claudit Hexametrum, *Archilochius*, Pentametrum. Nonnullis placet choriambis hunc metiri: *Mæcē-nās ătăvīs -ēdĭtĕ-rēgĭbūs.* Vnde & nomen versui *Choriambicus.*

b Polysyllaba in fine Phalæcii Commendantur qualia sunt; *Venustiorum inelegantes.*

* *Senarius* hic dicitur, si per monopodiam pedes singulos dimetiaris: *Trimeter*, si geminos, per dipodiam.

Pari ratione & *Dimeter* vocatur, qui quatuor constat pedibus: ut, *Queruntur in silvis aves.*

c Si duo pedes supremi, alter in alterius locum cedat, fit Scazon. i.e. claudicans. *Ducenties accepit, & tamēn vīvīt.*

Figuræ

Figuræ Metricæ.

Diphthongus aut vocalis longa durius absorbetur a brevi quam contra.

In Versus compage, Vocalis finalis dictionis quæ præcessit, absorbetur a vocali dictionis sequentis, per Synalœpham, ut,

Tune ille Æneas, quem Dardanio d Anchisæ.

Prisci in desinentibus in *us*, *s* elisâ corripiebant *u*. etiam sequente dictione a consonâ incipiente.

Heu & d *o* non intercipiuntur, *Heu ubi fides? ubi vultus?* Statius. *Te Corydon O Alexi.* Virg. *O ego quantum egi.* Ovid. *senio confectu' quiescit.* Ennius. *Vivus per ora virûm.* Idem. d *O* & aliæ vocales longæ more & licentiâ Græcorum, modò retinent quantitatem integram, modò alterum e temporibus amittunt. *Stant & juniperi, & castaneæ hirsutæ.* Et *Credimus? an qui amant ipsi sibi somnia fingunt? Ah, hei, hui, io* & *cui* contractum non eliduntur.

In eadem dictione fit elisio vocalium. Estque Synecphonesis vel Synæresis: sic *dehinc, cui huic, deest, fiunt monosyllaba*; *deinde, eodem, genua, anteit; aureæ, alveo, dissyllaba: arietc, pituita*, trisyllaba: *alveatia, graveolentiu, tenuiore, semianimis*, tetrasyllaba.

Diæresis contrà unam syllabam in duas dissolvit; ut,

Debuerant fusos evolvisse duos. Ovid. sic *dissoluendo, aulai, sylvæ.*

e Quandoque verò non perimitur. *In manibusque Iovem, & cum Iove fulmen habebam.* Ovid. 2. Amor. Eleg. Sed nobis non licet esse tam disertis.

M finalis cum sua vocali eliditur ante vocalem dictionis sequentis, per *Ecthlipsin*; ut,

Monstrum, horrendum, informe, ingens.

f Voluit credo disertissimus poeta timorem lapsu exprimere. ut in illo, *Matri longa decem tulerunt fastidia menses.* Vbi longa fastidia & gestamen in utero per decem menses, compensat correptâ quantitate in versu.

Systole longam syllabam corripit; *Obstupui, f steteruntque comæ & vox faucibus hæsit.* Virg. 1. Æn. & rursus 2. Æn. *Diastole* brevem producit; ut, *In quem recidimus.* Atque hanc in finalibus post pedes absolutos vocant *Cæsuram Pectoribus inhians spirantia consulit exta.* Virg. 4. Æn. *Omnia vincit amor*, g *& nos cedamus amori.* 10. Eclog. *Ostentans*

f Post primum pedem *Triemimeris* dicitur g Post secundum, *Penthemimeris*, quæ gratiam adfert & venustatem.

artem

artem pariter, h *arcumque sonantem*. 5. Æn. *Ille latus niveum molli fultus* i *hyacyntho*. Eclog.

h Post tertium, *Hepthemimeru.*

i Post quartum, *Ennemimeris.*

De quantitate syllabarum, regulæ generales

Vocalis ante duas Consonantes aut k duplicem in eadem dictione, vel l diversis, positione longa est, ut,

Multa cadunt intĕr calicēm, supremaque labra.

k Duplices sunt *x* & *ζ*. & j inter duas vocales. ut, in *major, pejor*. Excipiuntur composita a *jugum, bijuges, quadrijuges, multijuges*, correpta.

Vocalis brevis ante mutam sequente m liquidâ, in eadem syllaba, communis redditur; ut, *patris, retro volucris*. Longa verò non mutatur; ut, *matris, aratrum*.

l Hac tamen conditione, ut altera consonans priorem claudat dictionem alteræ sequentem inchoet, nam Græca illa positio, ubi finalis brevis ante dictionem a duabus consonantibus incipientem, ut, *Occultā spŏlia*, apud Latinos debilis est &, si quando usurpata, Cæsuræ debet quantitatem; vel Diastole

Vocalis ante vocalem in diversis syllabis ejusdem dictionis ubique brevis est: ut, in *Deus, filius, tuus*.

Excipias genitivos in *ius, illius, ipsius, istius, unius, ullius, nullius*. Ubi *i* communis censetur. *Totius* aliis penult. longa Lucretia corripitur, *solius, utrius, neutrius, alterutrius* nemo corripuit. in o *alterius i* semper brevis est, in p *alius* semper longa.

m L vel r. Græcis quidem permittuntur *m* & *n*: ut, in *Cygnus, Tecmessa, ichneumon*. Martialis corripit mediam in *smaragdos*. Interdum & ante duas liquidas *mn* corripitur vocalis. Nominativum duabus syllabis, scribebatur, sicut & *dicii, specieii*.

o Ex diminutione, quia excedit

p Contracti sc. ab *alsius*, ut olim

E inter geminum *i* in genitivis & dativis quintæ declinationis longa est, ut, *diēi, speciēi*.

Quia Priscis erant *Pompeii, Cai*.

In Vocativis Propriorum in *ei* & *ai*, ut, *Pompeï, Vulteï, Caï* penultima producitur, ut, & in Genitivis primæ declinationis apud priscos solutis, *aulaï, pictaï*.

p In his verò consulendi ipsi Græci, ut sciamus utrum per vocales longas an breves scribantur, an utique communes, vel

Fi in *fio* producitur, ut, *fiunt, fiet* nisi *e* & *r* simul sequantur: ut in *fiĕrem, fiĕri*.

In P Græcis dictionibus vocalis ante alteram subjnde longa fit; ut, *aēr, Galatēa, Menelāus, Lycāon*.

etiam diphthongos; ut in *chorea* & *platea* a χορεία πλατεῖα, penultima producitur retinendo diphthongum, corripitur rejiciendo posteriorem vocalem.

Amphion,

Amphiōn, Ilionēa. Ante penultima possessivorum in ēius & ōius, ut, *Rhodopēius, Achelōius.* & penultima desinentium in ōiis; ut, *Latōus,* q *Eōus, Arcōus.*

q Prima anceps est, quia ὑς & ὑς Græcis.

Diphthongus omnis longa est; ut, *aurum, ætas, neuter, cœlum. præ* tamen sequente vocali corripitur; ut, *præacutæ cuspidis hastam, sudibusque præustis.* r

r In Græcis producitur diphthongus ante vocalem; O *Melibæe Deus. Mæotica tellus.* Vt ut hanc semel corripiat Ovidius 3. Trist. 12. El.

Syllaba ex duabus contracta producitur; ut, *tibicen,* ex *tibiicen*; *īt* ex *iit, ivit*; *petīt* ex *petiit,* sic *obīt, abīt.* s

s Multa in *it* desinentia Cæsuræ potius quam Contractionis beneficio corripiuntur.

Derivativa.

Derivativa eandem cum Primitivis quantitatem sortiuntur; ut, *amicus, amator, amabilis,* primá brevi ab *amo.*

Excipiuntur nonnulla quæ a brevibus deducta producuntur: *dēnus* a *dĕcem, hūmanus* ab *hŏmo, jūcundus* a *jŭvo, jūgerum* a *jŭgum, jūnior* a *jŭvenis, lāterna* a *lăteo, lex lēgu* a *lĕgo, lītera* a *lĭtura, mācero* a *măcer, nōnus* a *nŏvem, pēnuria* a *pĕnus, rex rēgu* & *rēgula* a *rĕgo, Sēcius* a *sĕcus, sēdes* a *sĕdeo, suspīcio* nomen a *suspĭcor, tēgula* a *tĕgo, vōmer* a *vŏmo, Vox vōcis* a *vŏco.*

Sunt & contra quæ a longis deducta corripiuntur: *ărena ăristă* ab *āreo, cŭrulis* a *cūrro* vel curru, *dĭcax* a *dīco, dĭsertus* a *dīssero, dux dŭcis* a *dūco, fărina* a *fārre, frăgor frăgilu* a *frāngo, lŭcerna* a *lūceo. mămilla* a *māmma, năto nātus* a *nātu, nŏta* a *nōtu, ŏfella* ab *offa, păgella* a *pāgina, pŏsus* a *pōno per* diminutionem, *quăsillus* a *quālus, săgax* a *sāgio, sigillum* a *signum, sŏpor* a *sōpio, sŏlutum* a *sŏlvo, tĭgillum* a *tīgno, văricosus* a *vārix, vŏlutum* a *vōlvo, stătio* & *stătus* & *stăbilis* a *stātum, fidelis* & *fides* a *fīdo,* hoc a πείθω, unde *fidus, infidus, fiducia.*

Composita.

Composita simplicium quantitatem sequuntur; ut a *Lĕgo lĕgis, perlĕgo*; a *lēgo lēgas allēgo, cădo, decĭdo, decĭduus,* a *cædo, decīdo, decīduus, succīduus.*

Excipiuntur hæc brevia a longis enata, *innŭba, pronŭba* a *nubo, unde* & *connubium* secundá ancipiti, *dejĕro, pejĕro* a *jūro, cognītum* & *agnĭtum* a *nōtum, præstĭturus* & *testĭturus* a *stāturus, cansidĭcus, maledĭcus* a *dīco, sĭquidem* a *si hŏdie* ex *hoc die* producuntur contra; *imbecillus* a *băculus, nihĭlum* ab *hīlum, semisŏpitus* a *sōpitus.*

Com-

Composita cum particulis t *bi tri* & *tre, du* eas habent correptas; ut, *biceps, triceps, trecenti, duenti.*

In compositis cum Verbis, prior pars in *e* desinens brevis est; ut in *tremefecit*, u *tepefecit, valedixit, labefactus, tremefactus*, x *liquefactus.*

A Simplicibus communibus hæc producuntur, *Ubique, ubilibet, ibidem, quandoque, quandocunque*, sed *quandoquidem* corripitur.

In *idem* masculino penultima producitur, in neutro corripitur.

t *Abis, duo, tres.* Excipitur *triduum.*

u Catullo producitur. *Alta tepefacient.* Nupt. Peleos, &c.

x Ovidio producitur; *Thura liquefacient.* 7. Met. Lucretio *e* sæpe producitur.

Regulæ speciales de primis syllabis.

Præpositio in compositis suam retinet quantitatem, nisi positio aut vocalis sequens impediat, ut in *supprimo, deamo, debiscens.*

A, de, e, se, producuntur, & *di*, nisi in *dirimo* & *disertus.* Et quæ in *a* exeunt, *contra, supra, infra*, & *tra* a *trans.*

Pro quoque longa est præterquam in istis, *procella, profugus, protervus, pronepos, proneptis, profanus, profiteor, profundus, proficiscor, profari, propera, profugio, profecto, profestus.*

Ista verò *procumbo, procuro, profundo, propello, propulse, propago* tam Nomen quàm Verbum primam habent ancipitem, quibus adde *Propino* Græcum. licet alia a πρὸ composita corripiuntur, *propheta, prologus*, &c.

Reliquæ præpositiones, *ab, ad, ante, in ob, in, inter, per, re, sub, super*, si positio sinat, corripiuntur, etiam *circum*, ut, *Circumagat madidas tempestate cohortes.* Juven. 7. Sat.

Aperio, operio & *omitto* ex *ab* & *ob* consona extrinsecá corripiunt primam, quod etiam fieri videmus in *abicit obicit, rejicio* pro quo veteres dixerunt *reicio*, hinc imp. Virgilii 3. Eclog. *a flumine rejice capellas*, legunt *reice*, ut apud Lucretium 3. & 4. l *eicit.* Re in quibusdam aliis legitur porrecta, *retulit, reperit, repulit, recidit*, per Epenthesin nempe geminata consonante ut in *relligio, rettulit, reppulit.* Refert autem quando significat *interest* componi videtur ex *res.* Ut, *e re mea fert*, unde producitur prima.

Obe priorem habet communem. ōbeu longam.

Omne Præteritum & Supinum dissyllabum priorem habet longam; ut, *vīdi, lēgi, mōtum, vīsum.*

Excipias *fidi* a *findo, fĭbi, dĕdi.* a *scĭdi, ssĕti, stŭli,* & *quĭtum, sĭtum, lĭtum,* b *ĭtum, rŭtum, rătum, dătum, să-tum,* atque *cĭtum a ceo* secundæ: nam *cĭtum* a *cio* quartæ, priorem habet longam.

Primam Præteriti geminantia primam itidem brevem habent: ut, *tĕtendi, cĕcidi, tĕtigi,* &c.

Regulæ speciales de c mediis syllabis, mediæ autem hîc censentur omnes præter primam & ultimam.

Nonnullarum quantitas vel puerulis nota est ex analogiâ declinationum & Conjugationum, *a* nimirum *o* & *e* in penultima genitivorum pluralium producuntur, ut, *musārum, dominōrum, diērum.* Penultimam in polysyllabis acutè crescentibus, produci, in graviter crescentibus corripi; *a* & *e* in penultimis dativorum pluralium esse longas, *i* & *u* breves. *duābus, duōbus, dapĭbus, arcŭbus, a* indicem primæ conjugationis, *e* secundæ, *i* quartæ produci, *e* tertiæ corripi. excepti *Do* & compositis ejus, quæ primæ manent conjugationis, ut *dămus, circundămus, dăbis circundăbus, dăre circundăre; a* & *e* ante *bam* & *bo* produci; *e* ante *ram, rim, ro* corripi, ut, *legĕram, legĕrim, legĕro,* in tertia plurali perfecti Indicativi produci, ut, *legērunt* vel *legēre.*

Præterita in *vi* & *si* penultimam producunt, ut, *amāvi, quiēvi, quæsīvi, divīsi, audīvi.*

Desiderativa ante penultimam corripiunt, ut, *partŭ io, esŭrio.* Producunt *scatūrio* & *ligūrio* utpote non desiderativa.

In Subjunctivo penultima *rīmus* & *rītis* Futuri communes habentur. Perfecti breves.

Adjectiva in *inus* producunt penultimam, ut *clandestīnus, matutīnus, vespertīnus.* Excipiuntur *diutĭnus, crastĭnus, pristĭnus, perenne, hornotĭnus, seroti-nus,* & *materialia, oleagĭnus, fagĭnus, cedrĭnus,* multaque

a *Abscĭdis* apud Lucanū & Martialem mediâ producta est ex *abs* & *cædo. Abscĭdis* mediâ correptâ, a *scĭdi* ex *scindo.*

b Ambītus Participium mediam producit, *ambita circumdare litora terræ* Ovid. secunda in ambītus & ambitio Substantivis corripitur.

c Prioribus etiam vocum dissyllabarum.

taque a Græcis deducta, *crystallĭnus, myrrhĭnus, adamantĭnus*, &c.

Adjectiva in *anus, arus, orus, osus* producunt penultimam, ut, *montānus, avārus. canōrus odiōsus*, atque Adverbia in *atim* & *itim*, ut, *ostĭ ātim virītim*, præter, *affătim* & *perpĕtim* brevia & *flătim*, quæ tamen a sequioris ævi poetis producitur.

Diminutiva in *olus* & *ulus* item in *lis* verbalia & *bilis* ut *urceŏlus, unciŏla, regŭlus canicŭla, corcŭlum, facĭlis, flebĭlis*, & Adverbia in *itus*, ut, *fundĭtus cœlĭtus*.

Adjectiva in *aceus* antepenultimam producunt: ut, *cretāceus, hordeāceus*.

Autoritas, usus, seu exemplum.

Quarum syllabarum quantitas sub prædictas regulas non cadit, a poetarum usu, exemplo & autoritate petenda est, certissimâ omnium regulâ. Observandum etiam quæ apud illos modò breves modò longæ usurpentur, cujusmodi sunt, *focale, ligula, Diana, Gradivus Hymen, Cyclops rubigo, rudo, Bithynus, Sichæus, Cydon*, primâ communi. *Malea, ficedula connubium.* Secunda communi.

De ultimis syllabis.

A Finalis in Nominativis, accusativis & vocativis corripitur, ut, *mussă, regnă, temporă*.

Vocativi tamen a Græcis in *as* producuntur, ut, *Æneā*.

Ablativus primæ declinationis producitur.

Eiă. itā, quiă a finalem habent brevem.

Numeralia in *ginta, a* finalem habent frequentiuùs longam.

Cætera in *a* desinentia producuntur, ut, *amā, contrā*.

In *b, d, t*, finita brevia sunt, ut, *ăb, ăd, capŭt*.

C Finalis longa est; ut, *āc*, [d] *sācsīc*, & *hīc* adverbium namq; Pronomen *hic* commune est, & neutrum *hoc*, modo non sit ablativi casus. *Nĕc* & *donĕc* corripiuntur.

E Finita brevia sunt, ut, *marĕ legĕ penĕ*.

Excipiuntur voces quintæ declinationis, ut, *re diē*, cum Adverbiis inde enatis, *hodiē quotidiē, pridiē, quarē*. adde *famē*, olim quintæ.

Secundæ item personæ singulares Imperativi Activi in secunda conjugatione, ut *docē, movē, manē* [e].

d Corripuit Ovidius *Iane fac æternos pacem pacisque ministros.* nisi cum quibusdam *face* legi placeat.

e Licet ultima in *cave, vide, vale, responde* interdum corripiuntur: Ut quæ priscis tertiæ fuerint conjugationis, & *salve* apud Martialem; *Lector salvĕ; taces, dissimulasque? vale*

Monosyllaba in *e* longa sunt, ut, *mē, tē, sē,* præter *quĕ, nĕ, vĕ,* conjunctiones encliticas, & *cĕ, rĕ, ptĕ,* adjectiones syllabicas.

Adverbia in *e* ab Adjectivis primæ & secundæ declinationis deducta producunt ultimam, *pulchrē, doctē, validē* pro *validĕ* Quibus adde *fermē, ferē* & *obĕ: benĕ* tamen, *malĕ* & *magĕ* corripiuntur.

Græca, quæ per *n* scribuntur naturâ longa sunt; ut, *Lethē, Anchisē, Tempē.*

I finita longa sunt; ut *Domini, amavi, tristi.*

Mihi, tibi, sibi, ubi, ibi finalem habent communem, & *cui* dissyllabum, *sicubī* corripitur. *alibī* producitur.

Nisi & *quasi* corripiuntur.

Dativi & Vocativi Græcorum, quorum Genitivus in *os* breve exit, corripiuntur: ut, *Daphnidi, Daphni.* Nisi contrahantur Dativi ex *ei* ut *Ulyssi,* vel ad Latinorum formam inflectantur: ut *Oresti, Pyladi, Paridi.*

L L finita corripiuntur; ut, *Mĕl, Annibăl, pugil, exul:*

Excipe, *Sāl, sōl,* & Hebræa in *el, Gabriēl, Michaēl.*

N Finita producuntur; ut, *nōn, quīn, Pæān,*

Excipe *ĭn, forsān, forsităn, ăn, tamĕn. attamĕn, veruntamĕn.*

Corripiuntur voces per Apocopen castratæ, *viden', nemon', ain', egon', satin' exin', subin', dein', proin'.*

N Finalis Nominitivi, cujus penultima in genitivo corripitur, & ipsa brevis est; ut, *carmĕn, pectĕn.*

Græca in *on* per o parvum, quæ Latinis secundæ sunt declinationis, corripiuntur; ut, *Ilĭŏn, Pelŏn.*

Græci Accusativi in *in* & *yn* corripiuntur; ut, *Alexăn, Ityn,* & in *an* a Nominativis in *a* ut, *Æginăn, Majăn.* sed a Nominativis in *as* producuntur; ut, *Æneān, Marsyān.*

O Finita communia sunt; ut, *amo, virgo, legendo, porro.*

Sed dativi & ablativi in *o* producuntur; ut, *dominō, servō.*

Adverbia ab Adjectivis deducta, longa sunt; ut, *primō, falsō* Communia tamen sunt *sedulo, mutuo, crebro, sero,* quod tamen sæpius corripitur.

Citŏ cedŏ, pro *dic* & *modŏ* cum compositis *quomodŏ, dummodŏ, postmodŏ,* brevia sunt.

Monosyllaba in *o* producuntur; ut, *do, sto,* & *ergo* pro *causâ.*

Eo, ideo, adeo raro corripiuntur.

Ambo, duo, ego, homo, scio, nescio imo, illico vix leguntur producta.

Græca per *ω* producuntur; ut, *Sapphō. Androgeō.* nisi descendant a Nominativis in *ων* quibus demitur *n,* ut *Ico, Plato,* quæ plerunque corripiuntur.

R Finita corripiuntur; ut, *Nectăr, pĕr, vĭr, uxŏr, turtŭr, cor,* quod tamen

tamen ſemel produxit Ovidius.

Excipiuntur *fār, lār, nār, vēr, ſūr cur* & par cum compoſitis *compār, impār, diſpār.* quod tamen apud ſequioris ævi poetas correptum legitur.

Græca in *ηρ* producuntur; ut, *aēr, crāter, character. Pater* tamen & *mater* apud Latinos ultimam brevem habent.

As finita producuntur; ut, *amās, muſās, bonitās.*

Excipiuntur quorum genitivus in *ădis* exit; ut *vas, vădis, Pallās, Pallădis.*

Adde, *anās anătis.* Et Accuſativos Plurales Græcorum Nominum tertiæ declinationis, ut, *Phyllidăs, heroăs,*

Es finita, longa ſunt; ut, *veſtēs, diēī dolēs.*

Excipiuntur nominativi in *es* tertiæ inflexionis, quæ penultimam genitivi creſcentis corripiunt; ut, *milĕs, ſegĕs, divĕs.* Sed *ariēs, abiēs, pariēs, Cerēs* & *pes* cum compoſitis *bipēs, tripēs, quadrupēs,* longa ſunt.

Es a *ſum,* una cum compoſitis, *abĕs, adĕs, olĕs, prodĕs,* corripitur. *Penēs* ultimam corripit, ut, etiam Neutra & Nominativi pluralis Græcorum; *Cacoethēs, Cyclopēs, Naiadēs.*

Is finita brevia ſunt; ut, *Paris, panis, triſſis.*

Excipiuntur Dativi & Ablativi plurales, qui producuntur, *Muſīs, domīnīs, regnīs.*

Nominativi item producuntur quorum genitivi ſingulares penultimam producunt; ut, *Samnīs, Salamīs,* genitivo *Samnītis, Salamīnis.*

Producuntur ſecundæ perſonæ ſingulares Præſentis Indicativi in quarta conjugatione, ut, *audīs, venīs,* quibus adde, *ſīs, vīs, velīs, nolīs, malīs, poſſīs,* utut ſemel corripiatur a Juvenale.

Monoſyllaba in *is* producuntur, ut, *vīs, līs. is* vero & *quis* Nominativi & *bis* corripiuntur: *is* a Græcis in *εις* longa ſunt, ut, *Pyroīs, Simoīs,* Sīc *foris* & *gratīs* Adverbia. *Ris* futuri Subjunctivi frequentius corripitur, neque extra Cæſuram producitur.

Os finita producuntur; ut, *Horōs nepōs, dominōs.*

Excipe *compŏs, impŏs,* & *ŏs oſſis,* & Græca per *o* parvum; ut, *Delŏs: Chaŏs, Palladŏs.*

Us finita corripiuntur, ut, *Dominŭs, bonŭs, tempŭs, amanŭs.*

Excipiuntur monoſyllaba, *crus, thus, mus,* &c.

Nominativi item producentium penultimam genitivi creſcentis; ut, *ſalūs, virtūs,* genitivo *ſalūtis, virtūtis. Palus* corripitur ab Horatio. *Credo* eliſa. ut, dictum ſupra in Synalæpha: longi ſunt etiam genitivus ſingulares, Nominativus, Accuſativus & Vocativus plurales quartæ inflexionis.

Græca

Græca item per ous diphthongum; ut, *Panthūs*, *Sopphūs*. in *Polypūs* tamen ultima corripitur, vel a Dorice πώλυπος, teste Athenæo in 7. vel Metathesi vocalis *υ*, unde & prima producitur.

Ys finita corripiuntur; ut *Capys*, *Tiphys*.

U finita producuntur omnia; ut, *genū*, *fructū*, *amatū*, *dic*.

Y Finita corripiuntur; ut, *Tiphy*, *Moly*.

Ultima cujusque versus, syllaba censetur communis.

Jul. 28. 1640. *Imprimatur,*

Guil. Bray.

FINIS.

RVDIMENTS OF GRAMMAR.

EVery word in the Latine tongue is one of these eight; which are therefore called parts of speech.

Noune. Pronoune. Verbe. Participle. } declined.
Adverbe. Conjunction. Preposition. Interjection. } not declined.

To the foure parts declined belong { Number. Person.

The singular Number speaketh of one, as Ego saxum projeci rotans.

The Plurall Number speaketh of more than one, as, Nos Saxa projecimus rotantes.

There are three Persons.

The first speaketh; as, a ego, I, nos, we.
The second is spoken to; as, a tu, thou, vos, ye.
The third Person is spoken of; as ille, he, illi, they.

a Yet *ego, nos* are of the first person onely. *Tu* and *Vos* of the second. So are Vocative Cases.

Of a Noune.

A Noune is a word, by which a person or thing is signified and knowne: as autor, an author; liber a booke; bonus good.

Of Nounes, some be Substantives, and some be Adjectives.

A Noune Substantive is that standeth by it self, & requireth not another word to be joyned with him to shew his signification; as homo, a man.

And it is either Proper, to the person or thing that it betokeneth; as Carolus, Charles; Anglia, England: or it is Common to all of the same kinde; as homo, a man; terra, a land, or earth.

b as, *man* or *thing*.

A Noune Adjective is that cannot stand by it selfe in signification, but requireth to be joyned with a b substantive; as bonus good; felix happie.

Cases.

Pronounes also and participles are declined with Cases and Genders.

Nounes are declined with sixe Cases, Singularly, and Plurally: the Nominative, the Genitive, the Dative, the Accusative; the Vocative and the Ablative.

Genders of Substantives.

Substantives may be of one Gender, Masculine as Vir: Feminine, as Mulier; Neuter, as Saxum: Masculine and Feminine, which they call the Common of two, as parens: Masculine or Feminine, which they call Doubtfull, as Cortex; and Epicene, when under one Gender both Sexes are signified: as Passer, Aquila.

